






1496
F. ANTONII
DE BITONTO
SERMONES
DOMENICALES
ET
QUADRAGESIMALES











Sermones fratris Antonij de Bitonto ordinis fratrũ minoꝝ de obſeruantia ſuper epiſtolas dominicales per totuz annum. Et ſup̃ ep̃las q̃dragesimales.



¶ Incipiũt ſermones venerabilis
religioſi et doctiſſimi viri p̃ris: fra/
tris antonij de Bitõto: ordinis fra
trũ minorũ de obſeruantia. ſup epi
ſtolas dominicales per totũ annũ
valde vtiles: et delectabiles.

¶ Dominica prima de aduẽtu: de
negligentia. Sermo primus.

f

Ratres Sciẽtes

q: hora eſt iam
nos de ſomno
ſurgere. Ad Ro
ma. xiij. hec ver/
ba ſcribunt. Pro exordio p̃ntis ſer
monis. a doctoribus querit. Utrũ
negligẽtia ſit peccatũ? Et dicunt ꝙ
negligentia importat defectũ debi
te ſollicitudinis. Ois autẽ defectꝰ
debiti actus habet rationẽ peccati
et ideo negligẽtia eſt peccatũ. Uñ
Seneca in quadã ep̃la dicit. Tur/
piſſima eſt iactura que ꝑpter negli
gentiã fit. Et Hugo dicit Negligẽ
tia eſt ai torpor: quo quis minus di
ligens eſt in exequẽdo que exequi
debet. Cõtra quã dicit ap̃ls verba
ꝑpoſita. ¶ In qua ep̃la ꝑ eiꝰ expo
ſitiõe tres queſtiões declarãde ſunt
Prima quarũ ẽ de negligẽtia bo
ni actus oꝑationis. Utrũ videlz ne
gligere oꝑari bona ſit pctm̃? In ꝑn
cipio. Alia eſt de negligẽtia boni
exẽpli demõſtrationis. Utrũ vide/
licet nõ dando bonum exemplum
ſed ſcandalizãdo proximum ſit pec
catum mortale? Ibi Abijciamus.
Tertia eſt de negligẽtia mali de/
clinationis. Utrũ videlicz negligẽ
tia opponat prudẽtie qua declinat
malũ? Ibi Nõ in cõmeſſatiõibus.

¶ Prima queſtio p̃ntis ſermonis
Utrũ negligere operari bona ſit
peccatum mortale?

q

Uerit a doctoribus circa
p̃mã partẽ Utrũ negligẽ
tia boni oꝑis ſit peccatuz
mortale? Et dicunt ꝙ ne
gligẽtia q̃ eſt defectꝰ debite ſollici/
tudinis vt dicit Alexãder de Ales Et
Tho. ſc̃da ſc̃de. q. liiij. ar. j. Et pro/
uenit ex quadã remiſſione bone vo
luntatis: vt dicit idẽ Tho. ibidem
arti. iij. tripliciter poteſt cõtingere.
Uno mõ in pretermiſſiõe alicuius
actꝰ: vel circũſtantie que nõ ẽ de ne
ceſſitate ſalutis: nec ex contẽptu: et
ſic eſt pctm̃ veniale. Alio mõ in p̃ter
miſſiõe actus vel circũſtantie q̃ eſt
de neceſſitate ſalutis: ⁊ ſic eſt pctm̃
mortale Tertio mõ in remiſſiõe vo
lũtatis: qñ eſt tm̃ remiſſa circa ea q̃
ſũt dei vt totaliter a dei caritate de
ficiat: et tũc eſt pctm̃ mortale. etiaz
p̃cipue qñ negligẽtia ſequit ex con
temptu. Uñ prouer. xix. ſcriptũ eſt.
Qui negligit viã ſuã mortificabit.
Hinc ap̃lus ait. Hora eſt iam nos
de ſomno ſurgere. Primo ꝑpter
tꝑis oportunitatẽ: quia tp̃s p̃ſens
eſt tempus gratie. Hinc. ij. Cor. vj
dicit. Ecce nũc tẽpus acceptabile.
Eſt etiã tp̃s penitẽtie: q2. j. Joãnis
ij. ſcribit. Filioli nouiſſima hora ẽ
Sc̃do ꝑpter mercedis ꝑpinq̄tatẽ:
Quia propior eſt nr̃a ſalus: q̃z cum
credidimus. ſ. qñ fidẽ ſuſcepimus:
et bona oꝑa nõ habebamus. Ter/
tio ꝑpter ſtatus merẽtis cõgruitatẽ
quia nox preceſſit videlicet legis:
aut ꝑpeccati: dies autem aduentus
chriſti et gratie appropinquauit.

¶ Secunda questio presentis ser/
monis. Utrũ videlicet nõ dando
bonum exemplũ: et scandalizando
proximũ sit pctm̃ semper mortale?
q Uerit a doctoribus circa
scđam partẽ epľe Utrum
scandalizando proximũ:
et nõ dando bonũ exem/
plũ sit sꝑ pctm̃ mortale? Et dicũt ꝙ
scandalũ grece: qđ latini offensio/
nẽ vel iniuriã vel impactiõe vocãt:
tam actiue q̃ȝ passiue põt esse pctm̃
veniale vel mortale. vt dicit Alexã
der in secunda parte. Et Tho. scđa
scđe. q. xliij. ar. iiij. Ueniale passiue
est: qñ quis ex inordinato dicto vel
facto alterius cõmouet motu veni/
alis pcti. Mortale passiue est quã/
do qs ex inordinato dicto vel facto
alterius ꝓcedit vsqȝ ad pctm̃ mor/
tale. Ueniale actiue ẽ: qñ qs actũ
venialis peccati cõmittit vel actũ q
non est ẽm se pctm̃. sed habet aliq̃ȝ
spẽm mali cũ aliq̃ leui indiscretiõe
committit. Mortale actiue est: siue
qñ cõmittit quis actũ pcti mortalis
siue qñ cõtemnit salutẽ ꝓximi: vt ꝓ
ea ꝯseruanda nõ ꝑtermittat facere
quod sibi libuerit. Hinc apľs dicit.
Abijciamus ergo opa tenebrarũ.
¶ Ubi sciendũ ꝙ bonũ exempluȝ
daf: et ꝓximus inde edificaf Pri/
mo: qñ pctm̃ purgaf. Unde dicitur
Abijciamus ergo opa tenebrarũ.
vȝ pctã. Scđo qñ subiectũ ornaf.
Uñ addit Et induamur arma lucis
vȝ virtutes que dicunt. ij. Cor. vj.
arma iusticie. Tertio qñ bonũ opꝰ
eligif: vñ ꝯcludit. sic vt in die hone
ste ambulemꝰ. Quia q ambulat in
nocte offendit. Joh. xj. qui eni ho/
neste in die ambulãt: cũ xp̃o tandẽ
in albis ambulabũt. Quia apoc. iij
dicif. Ipsi ambulabũt mecũ in al/
bis quia digni sunt. De peni. di. ix
Si. n. inquit.
¶ Tertia q̃stio pñtis ẽmõis: Utrũ
vȝ negligẽtia opponat prudentie?
q Uerit a doctoribus circa
tertiã partẽ epľe. Utrũ vȝ
negligẽtia opponat pru
dẽtie? Et dicit Tho. vbi
s. ar. ij Qđ negligẽtia directe oppo
nit sollicitudini: ⁊ sollicitudo ꝑtiet
ad rationẽ: ⁊ rectitudo sollicitudis
ad prudentiã: et iđ negligentia ad
iprudentiã pertinet. Preterea sicut
dicit Isido. ij. ethimo. Negligens
dr̃ quasi nec eligens. Electio autẽ
recta eorũ que sunt ad finẽ: ad pru/
dentiã ꝑtinent. Unde negligentia
opponit prudentie: et ꝑtinet ad im
prudentiã. Principiũ prudentie est
declinare mala. Sed negligẽs hoc
nõ facit. Uñ dicit apľus Nõ in cõ/
messatiõibus. Ubi ꝑo dissuadet pec
catũ opis dicẽs Nõ in cõmessatiõi
bus et ebrietatibꝰ. Quia Luce. xxij.
deus ait. Attendite ne grauent cor
da vestra crapula ⁊ ebrietate. xxxv.
di. in principio. Ebriosi regnũ dei
nõ possidebunt. j. Corin. vj. de re.
et ve. sctõꝝ ꝑo. ca. Scđo dissuadet
pctm̃ oris: dicẽs: nõ in cõtentione.
Tertio dissuadet pcctm̃ cordis: di/
cẽs: ⁊ emulatõe. Ꝗr ꝓuer. xiij. dicif
Putredo ossiũ inuidia Uñ de offi.
cu. c. ij. dr̃. Non sit inuidia neqȝ ze/
lus malus inter illos Sed induimi
ni dñm iesum xp̃m. imitãdo cõuer
sationes scitatis sue: omi diligẽtia
⁊ sollicitudine opando bona: dãdo
lucis exẽpla. mala vitãdo: vt regne
tis in glĩa ꝑ ifinita scľoꝝ scľa. Amẽ.

¶ Dominica scđa de aduẽtu: de vir
tute patientie Sermo secũdus.

Uecunqz

q scripta sunt: ad nostrã
doctrinã scripta sũt: vt
per patientiã et cõsola
tionẽ scripturarũ spem habeamus
Ad Ro.xv. scribunť hec v̾ba. Pro
exordio pñtis sermõis a doctorib⁹
querit. Utrũ ex diuinis scripturis
addiscať patiẽtia? Et dicũt ꝙ sic: vt
patz Geñ.iiij. de Abel. et Exo. per
totũ de moyse. Et in libro Job. Et
in libro Tobie. Et Dauid in psal.
Qui custodit veritatẽ in sclm: facit
iudiciũ iniuriã patiẽtibus. Et pro/
uerbi.xiiij. Salomõ ait. Qui patiẽs
est multa gubernat. Et.xvij.ca.ait.
Melior est patiẽs viro forti. et Esa
ie.xlij. Tacui sp: silui patiẽs fui. Et
aplus Jacob⁹ in sua canonica.v.c
Patiẽtes estote frẽs vsqz ad aduen
tũ dñi. Ecce enĩ agricola expectat
p̃ciosum fructũ terre patiẽter ferẽs
donec accipiat temporaneũ et sero
tinũ. Et in multis aliis locis de qui
bus ꝓpter breuitatẽ taceo. Sed in
pñti epl'a vt ait Nico. de lyra in ex/
positiõe eiusdẽ: optime manifestať
cũ diciť. Quecũqz scripta sũt ad no
strã doctrinã scripta sunt: vt ad do
ctrinã patiẽtie q: dicit: vt per patiẽ
tiam Ad doctrinã interne leticie: q:
dicit: et ꝯsolationẽ scripturarũ. qua
tolleranť aduersa: Et ad doctrinaz
optinende glorie vzt per patiẽtiã:
quia dicit: spem habeamus. Spes
enĩ est certa expectatio future gl'ie.
¶ In hac igitur epl'a pro eius expo
sitiõe tres questiões de patiẽtie cõ/
ditõe declarande sũt. Prima qua
rũ est de patientie cõditione. Utrũ
vzt patiẽtia possit haberi sine gr̃a.
In prin⁰ Alia est de patiẽtie exem
plificatione. Utrũ vzt patientia in
scripturis exemplificeť: ibi: ꝓpter
quod. Tertia est de patiẽtie fructi
ficatiõe. Utrũ vzt ex patiẽtia habe
atur gloria? Ibi Deus autem spei.
¶ Prima questio p̃sentis sermõis
Utrũ vzt patiẽtia possit h̃ri sine gr̃a

q Uerit a doctoribus circa
p̃mã partẽ epl'e. Utrũ pa
tientia possit haberi sine
gratia? Et dicũt ꝙ patiẽ
tia ordinatur ad cõseruandum bo
nũ ratiõis contra impetũ passionis
tristicie. Q: Ecci.xxx. di. Multos
occidit tristicia. Et.ij. Chorin.vij.
Paulus ait. Seculi tristicia mortẽ
operať. Uñ Aug. in lib. de patiẽtia
dicit Patientia est qua mala equo
aĩo tolleram⁹: ne aĩo iniquo bona
deseramus: per que ad meliora ve/
niamus. Hec igiť virtus haberi nõ
põt sine charitate: que diligit deũ
super oĩa. Quia bonũ ꝓpter quod
vult aliquis pati malũ oportz ꝙ sit
magis volitũ et amatum: q̈z illud
cuius etiã p̃uatio generat dolorez
quẽ patienter tolleramus: et nullũ
tale est in hac vita p̃ter charitatẽ q̈
vt dictum est: diligiť deus ꝓpter se
super oĩa: et proximus ꝓpter deũ.
Hinc.j. ad Cor.xiij. Paulus ait.
Charitas patiẽs est. d pe. di.iij. Si
quis aũt Charitas nõ põt h̃ri nisi
per gr̃am ƀm illud ad. Roma.vj.
Charitas dei diffusa est in cordib⁹
nr̃is: per spm̃ sanctũ qui datus est
nobis. Uñ patet q̃d patiẽtia nõ põt
haberi sine auxilio gr̃e. Hinc Da/
uid in psalmo ait Ab ipo enĩ. s. deo

patientia mea. Et ꝓpterea in ꝑma
parte pñtis eple aplus ait. Deus
aũt patiẽtie ⁊ solacij.i.dator patiẽ/
tie ⁊ cõsolatiõis post tribulationez.
Juxta illud Thob.iij. Post lachry
mationẽ et fletũ gaudiũ et exultati
onẽ fundis. Det vobis idipsum sa/
pere.i.idẽ mecũ sentire: quia sine
gratia nõ sumus sufficiẽtes aduer/
sa tollerare: ẜm iesum xp̃m.i. ẜm
doctrinã eius: vt vnanimes quãtũ
ad idẽptitatẽ credulitatis. vno ore:
quantũ ad idẽptitatẽ cõfessiõis. Qr
in.x.ca. dixit Corde credit ad iusti
tiã: ore autẽ ꝯfessio fit ad salutẽ. ho/
norificetis deũ quantũ ad effectuz
opis.i. veritatem. Quia Jaco.ij. di
Fides sine operibus mortua est.j.
q.j.fert.de pe.vj.di.ij. Si eni ingt.
de sacra vnctione ca. vno.§. Quia
Fo. Cõcordat Nico.d lyra.⁊ Tho.
2ª2ᵉ.q.cxxxvj.articulo tertio.

¶ Scda qo Utrũ vz patiẽtie virtus
in diuinis scripturis exẽplificet

q Uerit a doctoribus circa
scdam partẽ eple. Utrum
hec virtus patiẽtie in diui
nis scripturis exemplifi/
cetur? Et dicũt ꝙ sic. Primo Geñ.
xxij.c. vbi dicit. Qd sicabraã patiẽ
ter occidebat filiũ i ꝓcepto dñi: ita
Jsaac patienter cũ esset.xv.annoꝝ
ẜm iosephũ patienter patiebat oc
cidi. Scdo Geñ.xxxvij. Joseph fa/
cinus fratrũ suoruz patiẽter tulit: et
clementer indulsit. Tertio patiẽter
orauit Moyses ꝓ pplo peccante.
Nume.xvj. Quarto ꝑmi Regum
xxvj. Dauid patiẽter tulit ꝑsecuti
onẽ Saul cuiꝰ etiã mortẽ plorauit.
ij. Regũ.j. Quinto Job patiẽter tu
lit angustias.j.ca. et deinceps. Se
xto Thobie.ij. mira patientia tulit
ipse cecitatẽ. Septimo Machabeo
rũ.vj. miraz patientiã habuit ma/
ter cũ vij. filijs. Octauo actu.vj. cũ
tanta patiẽtia Stephanus lapida/
tus est. Nono patz in hac ẜa parte
epistole: vbi dicit de patiẽtia xp̃i.
Hinc Paulus sequit. Propter qd
suscipite inuicẽ. vz patiẽter: sic xp̃s
suscepit nos infirmos vz patiẽter.
Dico eni iesum xp̃m fuisse ministꝝ
circũcisiõis: qr principaliter iudeis
missus est: ꝓpter veritatẽ dei ad cõ
firmandas ꝓmissiões patrũ. Hinc
Mathei.xv. dixit. Nõ sum missus
nisi ad oues que perierũt domus is
rael. Salus aũt gentiũ est per mise
ricordiã. Lex eni nõ fuit data ꝑribꝰ
eorũ. Unde sequit Gentes aũt sup
miam honorare deũ. Cetera patẽt.

¶ Tertia questio presentis sermo/
nis. Utrũ videlicet ex patientia
datur gloria seu habeatur?

q Uerit a doctoribus circa
tertiã partẽ. Utrũ ex pati
entia habeat gl'ia? Et di
cũt ꝙ sic. Primo qr ex pa
tiẽtia sequit ai magnitudo. Unde
Seneca. Magnanimi est iniurias
in sũma patientia pati. Itẽ scdo ha
bet ꝯsolatio.j. ad Cor.j. Per xp̃m
abundat ꝯsolatio nr̃a. Itẽ tertio se
quit ire mitigatio. Prouerbi.xv.
Qui patiẽs est mitigat furorẽ. Itẽ
quarto sequit doctrine demonstra
tio. quia ꝓuer.xix. dicit. Doctrina
viri ꝑ patientiã noscit Itẽ.v. sequit
sapientie ostensio Uñ prouer.xiiij.
scriptũ est. Qui patiẽs est multa gu
bernat. Itẽ.vj. summa ꝑfectio Uñ
glo. sup Job. De patientia ꝑfectio
nascit. Itẽ.vij. virtutũ odoris respi

ratio. Hinc Grego.in moꝛalibus.
Sicut aromata odoꝛē ſuū cū inten
dunt expirāt: ita ſcti viri omne qḋ
de virtutibus redolet in tribulatiōi
bus innoteſcit. Itē.viij.xp̄i imita/
tio.j.Pe.ij. Chꝛiſtus ꝓ nobis paſ/
ſus eſt vobis relinquēs exemplum
Item vltimo regni celoꝛū acqſitio.
Mathei.v.ca. Beati qui ꝑſecutio
nē patiunt ꝓpter iuſticiā qm̄ ipſoꝝ
eſt regnū celoꝝ. xiij.q.v. ad fidem.
xxiiij.q.j.A recta. Hinc i t̄tia par
te ep̄le Paulus ait. Deus aūt ſpei
ſ.largitoꝛ:repleat vos oī gaudio: ꝓ
pter patiētiā vz. et pace in credēdo
p̄dicta.ſ.vt abūdetis in ſpe: per cu/
mulū meritoꝛū: ⁊ virtute ſpūs ſcti:
cuius ſunt p̄ncipaliter opa merito
ria. O igiꝰ virtus mirabilis patiē/
tie: que nō niſi diuina gratia poſſi/
deꝰ: que in diuinis ſcripturis tātis
exemplis oſtendiꝰ. de qua tot fru//
ctus emanāt. De qua Auguſtinus
ait. Uirtus eni que patiētia dr̄ tam
magnū donū eſt: vt etiā ipſius q no
bis eam largiꝰ patientia pꝛediceꝰ:
Qui cum patre et ſpiritu ſancto vi/
uit et regnat in ſecula.

¶ Dominica tertia de Aduētu de
gaudio ⁊ pace Sermo tertius.

G Audete in
dn̄o ſemp. Iterū dico
gaudete. Ad Philipē.
iiij. ca. hec verba ſcri/
bunꝰ. Pꝛo exoꝛdio pn̄tis ſermonis
a doctoꝛibus queriꝰ. Utrū ſine cha
ritate hō poſſit vere gaudere? Et di
cūt Alexander de Ales in.iij.parte
et Tho.$2^{a}2^{e}$.q.xxviij. ar.j. ꝙ non:
Pꝛimo q: gaudiū ex amoꝛe cauſaꝰ
vel pꝛopter pn̄tiaz boni amati: vel
etiā ꝓpter hoc: ꝙ ipſi bono amato
ineſt ꝓpꝛiū bonū ⁊ ꝯſeruaꝰ: et ſecū
dū hoc maxime ꝑtinet ad amoꝛem
beniuolentie: ꝓpter quē aliqs gau/
det de amicoꝛū ꝓſperitate: etiā ſi ſit
abſens: ꝓpterea gaudiū ſpūale qḋ
de celo habetur: ſine charitate nō
cauſaꝰ: q: charitas ē amoꝛ dei cuiꝰ
bonū imutabile eſt: q: ipſe eſt ſum/
ma bonitas. Et ex hoc ip̄o qḋ ama
tur eſt in amante ꝑ nobiliſſimū ſuꝰ
effectum. ſ̄m illud.j. Jo.iiij. Deus
charitas eſt: et qui manet in chari/
tate: in deo manet et deus in eo.xj.
q.iij. Abijt. Pꝛeterea ad Ro.v.ſcri/
ptū eſt. Charitas dei diffuſa eſt in
coꝛdibus nr̄is: ꝑ ſpm̄ ſcm̄ qui datus
eſt nobis. Sed gaudiū cauſatur in
nobis ꝑ ſpm̄ ſcm̄: ſ̄m illud ad Ro.
xiiij. Nō eſt regnū dei eſca ⁊ potus
ſed iuſticia et pax: et gaudiū in ſpū
ſcō. Ergo charitas eſt cauſa gaudij
Hinc paulus ait. Gaudete in dn̄o
ſemp. ¶ In qua ep̄la ꝑ eius expo/
ſitione tres queſtiones declarande
ſunt. Pꝛima quaruz eſt de gaudij
plenitudine. Utrū vz gaudiū hoīs
in hac vita poſſit eſſe plenuz? Alia
de gaudij rectitudine. Utrū vz gau
diū hoīs in hac vita per modeſtiaz
rectificeꝰ? Ibi. modeſtia vr̄a nota
ſit. Tertia ē de gaudij habitudine
Utrū videlicet gaudiū dicat habi/
tudinem ad pacem? Ibi. ⁊ pax.

¶ Queſtio pꝛima p̄ſentis ſermōis.
Utrum vz gaudium hominis in
hac vita poſſit eſſe plenum?

Q Ueriꝰ a doctoꝛibus circa
pꝛimā partē ep̄le Utrum
gaudiū hoīs in hac vita
poſſit eſſe plenū? Et dicit
Tho.q.xxviij. ar.iij. ꝙ nō. Pꝛimo

q: dñs dicit. Jo.xvj. Gaudiũ meuz
in vobis sit: ⁊ gaudiũ vr̃m impleat
Scdo quia gaudiũ cõparat ad desi
deriũ: sicut quies ad motũ. Quies
aũt plena est: cũ nihil restat de mo
tu. Uñ gaudiũ plenũ est: qñ nihil
restat desiderandũ. Sed quamdiu
homo est in hacvita: nõ quiescit in
eo desiderij motus: donec pueniat
ad dei fruitionẽ. Et tũc implet illd
psal. Qui replet in bonis desideriũ
tuũ. Nã vt dr̃.j. ad Cor.ij. Oculus
non vidit: nec auris audiuit: nec in
cor hois ascẽdit: que pparauit dñs
diligẽtibus se. Ex parte tñ rei de q̈
gaudet solũ gaudiũ dei est plenuz
de seipso: q: gaudiũ dei est infinitũ
et hoc est cõdignũ diuine bonitati
dei que est infinita. Gaudiũ vero cre
ature cuiuscunq; finitũ est. q: nulla
creatura capax est gaudij de deo ei
cõdigni. Inde est q illud gaudiũ oi
no plenũ nõ capit in hoie: sz potius
hõ intrat i ipm ſm illd Math. xxv
Intra in gaudiũ dñi tui. Tertio q:
illud qd est impletũ nõ põt esse ma/
ius. Unde Paulus dicit in hac pri
ma parte epl'e. Gaudete in dño sp:
quia in rebus hui9 mundi hõ nõ po
test plene gaudere: et in signũ firmi
tatis addit: Iterum dico gaudete:
Nõ in lasciuijs: nõ in põpis: nõ in
diuitijs: q: vt glosa dicit: erga illũ q
fruitur gaudio tali: deus potius ex
ercet iusticiam q̈z miam. Magna
eni mia est nequitiã impunitã non
relinquere: ne gaudiũ sit in sc'lo: et
ne cogat de9 in extremo exaie illũ
damnare: quẽ in hac vita flagellis
nõ castigauit: ergo quisq; dicat illd
Esaie lxj. Gaudẽs gaudebo in dño
v. di. Scta romana. et sp: quia be/
nedicam dñm in omni tempore.

Secunda questio pñtis sermõis
Utrũ videlicet gaudium in hac vi/
ta: modestie virtute modificetur?

q Ueritur a doctoribus: cir
ca scdam partẽ epl'e Utrũ
gaudiũ in hacvita mode
stia rectificetur? Et dicit
Tho. 2ª 2ᵉ. q. clx. arti. ij. q sic q̈tuor
modis: ſm q quatuor sũt moderã
da in hac vita. Unũ quorũ est ai mo
tus ad aliquã excellentiã. et mode
rat humilitate Quia ſm Gregoriũ
et Bern. Humilitas est qua hõ ve
rissima sui cognitione sibiipsi vile
scit. Aliud est desideriũ eorũ que pti/
net ad cognitionẽ: et in hoc mode/
rat studiositas: que opponit curio
sitati: que est vehemẽs applicatio
mentis ad vane et inutiliter acqui
rendũ vel cognoscendũ. Scriptũ ẽ
eni Ecci. iij. Altiora te ne q̈sieris.
Tertiũ est qd ptinet ad corpales mo
tus et actiões: vt. s. decẽter ⁊ hone/
ste fiant: tã in his q̈ serio: q̈z in his
que ludo agunt. Quartũ est qd pti/
net ad exteriorẽ apparatũ: puta in
vestib9 ⁊ i alijs. Hinc ait apl's in 2ª
parte epl'e. Modestia vr̃a nota sit
oibus hoib9: vt. s. boni meliores ef
ant vr̃o exẽplo Dñs eni ppe est ad
remunerãdũ: Et ne solicitudo tpa
liũ spũale gaudiũ tollat. ait: Nihil
solliciti sitis. vz supflue: sz in oi orõ
ne q̈ est eleuatio mẽtis in deũ. et ob
secratione que est oratio cum adiu
ratione: cum gratiarũactione: ve/
luti grati. petitiones vestre innote
scant apud deũ Petitio eni est: quã
do in oratione aliquid determina/
te querit vt dicit Nico. de Ly. His
ergo gaudiũ in hac vita rectificat.

¶ Tertia q̄stio p̄ntis sermōis Utrū vz gaudiū dicat hītudinē ad pacē Uerit a doctoribus circa q tertiā partē ep̄le. Utrum gaudium dicat habitudinem ad pacē? Et dicunt Alex.et Tho.2ª2ᵉ.q.xxix. q̄ hō nō potest habere gaudium sine pace. Primo quia sine cōcordia nō gaudet hō. Hinc in psalmo dr̄. Ecce q̄ʒ bonū ꝛ q̄ʒ iocundū habitare frēs in vnū. Et pax icludit ꝯcordiā. Scd̄o quia Aug.xix.de ciui.dei dic. Oia appetūt pacē.ꝛ ratio: quia oē appetens appetit trāquille ꝛ sine impedimēto ꝑuenire ad illud qd̄ appetit aliter gaudere nō pōt.ꝛ in hoc cōsistit ratio pacis quam Augustinus diffinit esse tranquillitatē ordinis. Tertio quia sicut gaudium non potest haberi sine charitate ita nec sine pace: q̄ dicit vnionē oīm appetituū in vnū: puta in deū qui diligit sup oia: vel in vnū velle ꝛ nolle: q: in liº de amicicia Tul.ait. Amicoꝝ est idē velle et ideʒ nolle. Hoc gaudiū quantū plenū haberi potest cū habitudine pacis optauit Jo.bapᵃ dicenº Nō sum ego xp̄s.cognoscēdo seipsum.vt dicit Euangel. c. pº Jo.descriptuʒ. Unde apostolus in tertia parte huius epistole dicit Et pax dei que exuperat omnē sensuʒ custodiat corda vestra et intelligentias vestras:in christo iesu domino nr̄o.nō est de textu. Sic ergo gaudeamus vt cū charitate viuamus et modestiā seruemº vt in pace maneamus ꝑ infinita sclo᷑ scl'a. Amē

¶ Dñica'quarta de aduentu de ꝓhibitiōe mali iudicij.ſmo quartus

Sic nos existimet homo: vt ministros xp̄i et dispensatores ministerioꝛuʒ dei. .j. ad cor.iiij.ca. hec v̄ba scribunt. Pro exordio p̄ntis sermonis a doctoribus querit. Utrum iudiciū sit actus iusticie? Et dicunt Alex. de ales in.iij.parte et Tho.2ª2ᵉ.q.lx. ar.j. q̄ sic:quia iudiciū ꝓp̄ie noīat actū iudicis. Judex aūt dr̄ q̄si ius dicēs Jus vero est obiectū iusticie Uñ iudiciū importat ſm propriaʒ nois impositionē:diffinitionē iusticie siue iuris. Preterea q̄ aliqs bn̄ diffiniat aliqd in opibus virtuosis proprie ꝓcedit ex habitu virtutis. Sicut castus recte determinat ea que pertinent ad castitatē: ꝛ iō iudiciuʒ qd̄ importat rectā determinationē eius qd̄ est iustū:ꝓp̄ie ꝑtinet ad iusticiā. Et ph̄us.iij. Ethi.dicit Homines ad iudicē cōfugiūt: sicut ad quandā iusticiaʒ aīatam Sicut Paulus ait. Sic nos existimet hō ſm verū iudiciū.s.qd̄ est actus iusticie.sicut ministros christi:et alia.

¶ In qua ep̄la: pro eius expositione tres questiones declarāde sunt. Prima quarū est de iudicij bonitate. Utrū vʒ iudiciū sit licitū? Alia est de iudicij prauitate. Utrū vʒ iudiciū sit illicitū?ibi:hic iam querit. Tertia est de iudicij malignitate. Utrum videlicet sit licituʒ iudicare per suspitiones.ibi: Jtaq; nolite ante tempus iudicare.

¶ Questio primna p̄sentis sermonis. Utruʒ videlicet iudiciū sit licitum quod fiat sine peccato?

q Uerit a doctoribus circa
primam partem epistole
Utrũ vz iudiciũ licite fie-
ri possit absq; pctõ? Et di
cunt Alex. de ales in .iij. et Tho. 2ª
2ᵉ. q. lx. arti. ij. quod iudiciũ est li-
citum inquantũ est actus iusticie.
Ad hoc aũt ꝙ iudicũ sit actus iusti-
cie tria requirunt. primo ꝙ ꝓcedat
ex inclinatiõe iusticie. Hic sapiẽtie
ꝑmo di. Diligite iusticiã vos q iu-
dicatis terrã Scdo ꝙ ꝓcedat ex cha
ritate. Quia vt ait apl's .j. ad Cor.
xiij. Charitas nõ agit perperã. xj. q
iij. Illud plane. Tertio ꝙ proferat
ꝺm rectã rationẽ prudentie. Uñ de
utro. xvj. di. Judices et magistros
cõstitues in oibus portis tuis vt iu
dicent ppl'm iusto iudicio. Et tunc
implet illud Ezechiel. xix. Justicia
iusti sup eum erit. xxiij. q. iij. his ita
Hinc Pau. in ꝑma parte ep'le dicit
Sic nos existimet hõ vz vero iudi-
cio: vt ministros christi: et dispensa
tores ministeriorum dei.

Questio secũda pñtis sermonis
Utrũ vz iudiciũ qñq; sit illicitũ?

q Uerit a doctoribus circa
scdam partẽ ep'le. Utruz
iudiciũ qñq; sit illicitum?
Et dicunt ꝑnominati do
ctores: ꝙ sic: trib⁹ modis. Uno mõ
qñ est cõtra iusticiã: et sic di iudiciũ
ꝑuersum: qd facie͂tibus dicit illlud
Esaie. v. Ue vobis q dicitis bonũ
malũ: et malũ bonũ. xj. q. iij. Si qs
hoiem. Et ca. Ue qui dicitis. xxiij.
q. iiij. Quisqs. Alio modo: qñ quis
iudicat: et nõ habet auctoritatẽ: sic
dicit vsurpatũ. Uñ dñs ad Ro. iiij.
per Paulum dicit. Tu quis es qui
u dicas seruuz alienũ: suo dño stat
aut cadit. ij. q. j. Multi. xxiij. q. j. in
princi⁰. Tertio mõ qñ deest certitu-
do rõnis: puta qñ qs iudicat dubia
vel oculta: et sic iudiciũ efficit teme
rariũ: suspiciosum: vel ꝑsumptuo-
suz. Sic chorinthij iudicabãt mini
stros xpi. Uñ Paulus in 2ª parte
ep'le dicebat. Hic iã querit inter di
spensatores: quasi dicat: inter vos
male fit iudiciũ de fidelitate mini-
strorum. Mihi aũt ꝓ minimo est vt a
vobis iudicer aut ab hũano die. i.
ab hoibus qui iudicãt in pñti Sed
neq; meipm iudico vz iudicio ab-
solutionis. Cetera patent.

Tertia questio pñtis sermonis
vtrũ videlicet liceat iudicare per
suspitiones sine peccato.

q Uerit tertio circa tertiaz
partẽ ep'le Utrũ liceat iu
dicare ꝑ suspitioẽs? Et di
cũt supdicti doctores ꝺm
Tuliũ: ꝙ suspicio iportat opinionẽ
mali: qñ quis vz ex leuibus causis
malũ iudicat. qd ex trib⁹ procedit.
Primo qñ quis in seipso malus est
ꝺm illud Ecclesi. iij. In via stultus
ambulãs: cũ ipse sit insipiẽs omẽs
stultos extimat. Alio mõ. qñ quis
erga alterũ male afficit: qm facilit
vnusqsq; credit malũ de nõ dilecto
Tertio mõ ꝓuenit ex lõga experiẽ
tia. Uñ phus. ij. Rethori. dicit. Se
nes sunt maxime suspitiosi: q; sepe
experti sunt alienos defect⁹ Est aũt
triplex gradus suspitiõis. Unus qñ
quis ex leuibus incipit dubitare de
bonitate alterius. et hoc leue pctm
est: quia ꝑtinet ad tẽtationẽ huma
nã sine qua nõ dicit esse vita. Alius
gradus est: qñ quis ex leuibus indi
cijs ꝓ certo malũ alterius extimat.

⁊ si est de aliquo graui: mortale peccatū est: quia nō est sine cōtemptu proximi. Unde glo. Aug. sup textum ep̄le: quod sequitur ait. Et si suspitiones euitare nō possumus: q: hoies sumus. iudicia tamē. i. diffinitiuas sententias cōtinere debemus. Tertius gradus est. Qñ aliquis iudex ex suspitione pcedit ad cōdemnandum: ⁊ hoc directe ad iniustitiā pertinet: et est pctm̄ mortale. Unde dicit apl'us. Itaq; nolite añ tp̄s iudicare quoadusq; veniat dñs: qui ⁊ illuminabit abscōdita tenebrarū: vz peccata occulta: q: Mathei. x. d. Nihil opertū qd nō reueletur: ⁊ manifestabit consilia cordiū. Quia ſm Augusti. tūc vnicuiq; vniuscuiusq; ɔsciētia patebit iudici vēturo. Qui viuit ⁊ regnat in s̄cl'a s̄cl'or. Amen.

¶ Dñica infra octauā natiuitatis domini: de lege domini nostri iesu christi Sermo quintus.

Quanto tempore heres paruulus est nihil differt a seruo cū sit dñs oim: sed sub tutoribus et actoribus est vsq; ad p̄finitū tp̄s a patre. Ad Gala. iiij. ca. hec verba scribunt. Pro exordio p̄sentis sermonis a doctorib⁹ querit Utrū lex moysi fuerit grauior lege xp̄i Et dicit Alex. in. iij. parte q sic Primo q: licet lex xp̄i nō esset alia a lege Moysi quantū ad finē quia vtriq; idē ē finis vz vt hoies subdātur deo. ſm illud apl'i ad Ro. iij. vnus deus est: qui iustificat circumcisionē ex fide et preputiū p fidem Tamen lex Moysi d: lex timoris. ⁊ lex xp̄i dicit lex amoris. Unde apl's ad Collo. iij. dicit. Lex xp̄i est vinculū pfectionis. Itē secūdo. quia Pau. ad Gal. iij. dicit q lex Moysi est q̄si pedagogus puerorū. Lex aūt xp̄i est pfectiōis Unde onus eius est ad modū penne ⁊ flāme. Unde Bern. Libet admirari q̄ leue est onus veritatis Nā vere leue est qd portantē non grauat. Quid leuius onere: qd nō solū nō onerat: sz portat illū cui portandū iponit. Hoc onus vterū potuit grauidare virgineum: grauare nō potuit. Ideo ad Ro. xviij. ait paul⁹ christianis. Nō accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore: sed accepistis spm̄ adoptiōis filiorū. xxiiij. q. iiij. §. ex his. Et. q. vj. §. vltimo. Et propterea in hac ep̄l'a ponit similitudinē ex humana cōsuetudine qua filius tenet vt seruus quādiu est paruulus: et sic status legis Moysi fuit q̄si puerilis.

¶ In hac ergo ep̄l'a pro eius expositiōe tres questiōes declarāde sunt Prima quarū est de legis xp̄i perfectiōe. Utrū vz lex xp̄i legi Moysi fuerit pfectior? Alia est de legis xp̄i cōprehensione. Utrū lex xp̄i contineat in veteri? ibi. Qm̄. Tertia est de legis xp̄i verificatiōe Utrū veritas legis christi probari possit? ibi Itaq; iam non est seruus

¶ Prima questio p̄ntis sermonis. Utrū lex xp̄i sit pfectior lege moysi

Querit a doctoribus circa primā partē ep̄l'e. Utrum lex xp̄i sit perfectior lege Moysi? Et dicit Alex. in tertia pte: q sic Primo ratiōe cōparationis. Quia lex moysi cōparat ad legē xp̄i sicut impfectū ad perfectum: et q: perfectū implet et pficit

legē moysi. Hinc Mathei. v. dñs
dixit. Nō veni soluere legē: sed ad/
implere. de cōse. di. iiij. Si qs. Se/
cundo ratione finalis determinati
onis: quia finis legis Moysi erat
iustificatio: qd facere nō poterat: sz
figurabat. Lex aūt xp̄i iustificat vir
tute passionis eius quā illa lex ce/
rimonijs ꝓmittebat. Uñ Paulus
ad Ro. viij. dicit Deus filiū suū mit
tens in silitudinē carnis pcti dāna
uit pctm̄ in carne: vt iustificatio le/
gis impleret. Tertio ratione leuio
ris supportationis. quantum ad
hominem exteriorez. Quia in lege
xp̄i nō sunt tāta precepta affirmati
ua et negatiua. Igit ipsa leuior est
lege Moysi: vt s. dictum est. Licet
quantū ad hoiez interiorē ꝯtineat
maiorē arduitatē eo ꝙ ꝓhibebat ai
motus. Sz ꝟtute iusticie legis xp̄i
talis arduitas leuis efficit. Uñ phs
v. Ethi. dicit. Operari ea q̄ iustus
operat facile est: qr iustus opatur
delectabiliter ⁊ ꝓmpte. Ideo Aug.
sup Joan. ait Mādata legis christi
nō sunt grauia amāti: sed nō amāti
sunt grauia. Concordat in his om
nibus scūs Tho. p[a] 2[e]. q. cvij. ar. iiij
Hinc apl's in p̄ma parte epl'e appli
cans silitudinē dicit. Ita et nos. s.
iudei: cū essemꝰ paruuli vzt sub sta/
tu legis Moysi: sub elementis mū
di. s. lr̄a a qbus puer incipit addiscē
do: eramus seruiētes. At vbi venit
plenitudo tp̄is. vzt xp̄i. misit deꝰ fi/
liū suū: natū ex muliere factū sub
lege: quia legalia voluit obseruare
Primio in itellectꝰ exp̄ssione: vt in
homicidio et adulterio. Scdo con
seruatiōe: vt in iuramento. Tertio
adimpletione: vt Mathei. ix. dan
do cōsilia: vt eos qui sub lege erant
redimeret. vzt. per passione: vt ado
ptionē filiorū. s. dei: reciperemꝰ. vzt
per xp̄m filiū naturalē Nā ad Ro.
Paulus ait. Finis legis xp̄s ad iu
sticiā omi credenti. De cōse. di. iiij.
Si qs aūt. Uñ Joh. j. Lex p moy/
sen data est: gr̄a et veritas p iesum
xp̄m facta est. de peni. di. ij Libēter
De conse. di. ij. In calice. De puri.
post partum. capl'o. vno.

¶ Scda qstio p̄ntis sermōis Utrū
Lex xp̄i cōtineatur in lege Moysi?

q Uerit a doctoribus circa
secundā partē epl'e. Utrū
lex xp̄i contineat in lege
moysi? Et dicūt Alex. et
Tho. ꝙ sic. Primo virtute sicut ef/
fectus in causa. Alio mō potestate
vt spēs continet in genere. Tertio
mō cōplete: vt tota arbor cōtinet
in semine. Et hec intellexit Ezech
iel. j. ca. qñ dixit Rota erat in ro/
ta: vtz nouū testamentū in veteri.
vt Bern. exponit. et Criso. super
illud Marci. iiij. Ultro terra fructi
ficat: p̄mo herbā deinde spicā: de
inde plenū frumētū in spica: sic di/
cit: Primo herbā fructificat i lege
nature: postmodū spicam in lege
Moysi. postea plenuz frumentum
in euangelio. Sic igit est lex noua
in veteri: sicut fructus in spica. Ex
quo patet: ꝙ lex xp̄i est explanatio
legis moysi. Et iō dñs volens hoc
ostēdere: tali tp̄e legis misit spm̄. s.
visibiliter. Et hoc dicit apl'us in p̄a
parte epl'e. Qm̄ estis filij dei. s. per
adoptionē. In hac lege misit deus
spm̄ filij sui. qui sic ꝓcedit a filio si/
cut a patre. in corda vr̄a. claman/
tē vtz clamare facientē per cōfessio

nem fidei. Quia Ro. x. corde credi tur ad iusticiã: ore aũt confessio fit ad salutẽ. Abba pater. et ponuntur due dictões idẽ significantes. pma hebraica: vel syriaca: sed ea vtuntur hebrei: qꝛ lingua syra et hebrea sũt propinq̃. Scõa greca licet ea vtant latini ad significandũ ꝙ de⁹ pater est conuersis de iudaismo et genti/ litate: ꝛ vniri debẽt in fidei ꝯfessiõe ¶ Tertia questio ꝑsentis sermõis Utrũ videlicet veritas legis christi possit probari euidenter?

q Uerit a doctoribus circa tertiã ptez epistole. Utrũ lex xpi possit euidenter probari? Et dicũt doctor subtilis in prologo. primi libri sen/ tentiarũ: et Nico. de lyra in quadã questione ꝯtra iudeos: ꝙ non: per demõstrationes: sed bñ per ratiões ꝓbabiles. Prima quarũ ꝓphetica prenũciatio dicit. De q̃ Aug⁹. xij. de ciuita. dei ca. x. dicit Uera se nar rasse ꝑterita ex his que futura pre/ nunciauit: cum tanta veritate com plent ostendit. Alia dicit scriptura rũ vnio: de qua Aug. xviij. de ciui. dei caplo. xj. di. Auctores nr̃i pau/ ci esse debuerũt: ne multitudine vi/ lescerent. Nec ita pauci. vt eoꝝ nõ sit admirãda cõsensio. Tertia dicit auctoritatis tradentis et declaran/ tis conditio. Uñ Richardus. j. de trinitate. c. ij. dicit. Ista q̃ traduntur in diuinis scripturis a summe scita tis viris sunt nobis tradita. Quar/ ta dicit honestissima cõprehensio: de qua Aug. ij. de ciuita. dei caplo xxviij. di. Nihil turpe aut flagitiosũ spectandũ imitandũq; ꝓponit vbi veri dei aut ꝑcepta insinuant: aut dicta laudant: aut miracula narrã tur: aut bñficia postulant. Quinta dicit miraculoꝝ decoratio: de qua Richardus vbi s. dicit Dñe si dece pti sumus. Sexta di. martyrũ testifi catio: de qua Maximus dicit. Nõ istã vitã ꝑsentẽ nõ cõtempsissent si aliã futurã nõ ꝑsensissent Septima dicit diuina honorificatio: quia in nulla lege tantũ deus honorificat et ita bene cognoscit. Hic Paulus in tertia parte eple dicit. Itaq; iam nõ est seruus christianus. sed filius. Nõ si filius ꝛ heres per deũ. ipsum adoptantem in lege. Qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen

¶ Dñica infra octauaz epiphanie De oblationib⁹ Sermo sextus.

Obsecro vos

o p misericordiã dei: vt exhibeatis corpora ve stra hostiam viuentem sanctam: deo placentem. Ad Ro/ manos. xij. hec verba scribuntur. Pro exordio pñtis sermonis a do/ ctoribus querit. Utrũ hoies teneã tur ad oblationes ex necessitate pre cepti? Et dicũt Alexander de Ales ꝛ Tho. 2ª 2ᵉ. q. lxxxvj. ar. . Nõ ob/ lationes de ratione sui habẽt: ꝙ vo luntarie offerant. Sed potest cõtin gere ꝙ aliquis teneat ad oblatiões Primo ratione ꝯuẽtionis: sicut cũ alicui ꝯcedit fundus ecclesie: vt cer tis temporib⁹ certas oblationes fa/ ciat. Quod tñ habet rationẽ census Secũdo ratione deputatõis vel ꝓ missiõis: vt cũ qs offert donatione inter viuos: vel cũ aliqd relinqt in testamẽto ecclie in posterũ soluẽdũ Tertio ratiõe necessitatis: puta mi/

nistro ecclesie: quia nō habet vnde sustentet. Quarto ratione ɔsuetudinis. Nā in aliquibus solēnitatibus tenent fideles ad aliquas oblationes ɔsuetas. Ad quē sensum ait Gregorius. Ois christianus pcuret ad missarū solēnia aliquid deo offerre Sed in his duobus vltimis modis oblatio est quodāmodo volūtaria scz q̄ntū ad quantitatē vel speciē rei oblate Et absolute loq̄ndo est semp sic voluntaria: fm illud Exo. xxv. Ab hoie qui offert vltroneus accipietis eas. Ar. xlv. di. Hinc etenim Hic apl's in principio pn̄tis epl'e de oblatione loquēs vtit exhortatiōis verbo dicēs Obsecro vos: z reliq̄.

¶ In qua epl'a pro eius expositiōe tres sunt questiones declarande. Prima quarū est de oblationis determinatione. Utruz videlicet sint alique circūstantie in oblationibus seruande? Alia est est de oblatiōis rectificatione: vtrum videlicet deo magis placeat oblatio intellect⁹ q̄z corporis hois: vel substātie ei⁹. Ibi Dico eni p gratiā. Tertia de oblationis modificatione: Utrū videlicet sine charitate deo placeat oblatio Ibi. Sicut eni in vno corpe zc̄.

¶ Prima questio pn̄tis sermonis: Utrū sint alique circūstantie obseruande in oblatione?

Querit a doctoribus circa primā partē epl'e: vtrū videlicet sint alique circumstantie obseruande in oblatione? Et dicūt supradicti doctores z Nicolaus de lira sup hoc loco apl'i q̄ sic. Prima quarū circūstantia dicit ordinis. Juxta illud apl'i. j. ad Corinth. iiij. ca. Oia honeste et fm ordinē fiant in vobis. Ut pmo offeramus more magoz myrrham Myrrha eni significat maceratiōnē. Hinc dicit Obsecro vos fratres videlicet p sacra oro: z nō precipio. Quia vt dicit Sen̄. Gratiosus animus est hois: z facilius ducitur q̄z trahat ad misericordiā. p misericordiā dei: vobis. s. beneficia multa cōdonantē: quia deus misericors est et pius Exodi. xxxiiij. De peni. di. j. Quia diuinitatis. Alia circūstantia dicit volitionis: quia oblatio debet esse voluntaria: iuxta illud psal. liij. Uolūtarie sacrificabo tibi. xx. q. iij. prius clericus. Un̄ ait Apl's Ut exhibeatis. Tertia dicit estimationis quia addit corpora: que sunt instrumēta aie. de quib⁹. j. Corinth. vj. c. ipse ait: Nescitis quia corpora vr̄a membra christi sunt. Quarta dicit appropriationis: quia dicit: vestra: quia Eccl'i. xxxiiij. scriptū est Jmolantis ex iniquo oblatio est maculata. j. q. j. nō est putāda. xiiij. q. v. immolātis. Quinta dicit mortificationis: quia dicit hostiā. Quia fm Isi. vij. Eth. hostia offerebat pro hostibus victis. Et sic caro mortificāda est vt vincantur hostes: aliter vana est medicina que nō curat morbum Sexta dicit bonoz operū pductionis: quia dicit viuentē. Uiuens eni dicit quod habet in se principiū sui motus. Hinc Ro. vj. ait: Extimate vos mortuos quidē peccato: viuentes autē deo. s. p bona opera. Septima dicit cōtinuationis: quia dicit Sanctā. i. firmā. vn̄ Math. x. Qui pseuerauerit vsq; ad finē: hic saluus erit. vij. q. j. Suggestū. De pe. di. ij. Non reuertebant. Octaua dicit s[illegible]

nis determinationis. Un̄ ait Deo placentē. Quia.j. Corinth.x. dicit Oia in gl'iam dei facite. xxvj.q.v. Nō licet. Nona dicit discretionis Quia dicit Rationabile obsequiū vestrū.extra de offi.custo.c.j. Oia cū discretione agant:que oiu3 virtutū noscit eē mater. Decima dicit dilectionis. Hinc ait Nolite cōformari huic seculo: vt.s.queratis laudem ab eo: sed reformamini in nouitate sensus vestri. Qui sicut obscurat p peccatū:ita reformat charitate: vt p hec ꝓbetis que sit volūtas dei. Non in se:quia est imutabilis: et dicit voluntas beneplaciti:sed in nobis:q̄ dicit volūtas signi. Cuius sunt quinq3 signa. Preceptio:ꝓhibitio:consiliū:impletio:ꝛ ꝓmissio. Bona quantū ad incipientes. Beneplacēs quantū ad ꝓficiētes:ꝛ ꝑfecta quantū ad ꝑficiētes. Uel bona dando bona nature. Beneplacens bona gr̄e: ꝛ ꝑfecta:bona glorie.

¶ Secūda questio p̄ntis sermonis Utrum videlicet magis deo placeat oblatio intellectus q̄3 corporis hominis?

Querit circa secūdā partē epistole a doctorib⁹: vtrū magis placeat deo oblatio intellect⁹ q̄3 corporis hois vel substātie eius? Et dicūt ꝙ sic. Quia ɓm expositores q offerūt intellectū:offerūt magis q̄3 aurū: p quod cognitio ꝛ sapiētia significat iuxta illud ꝓuerb.iij. Preciosior est sapiētia cunctis opibus. Tn̄ in hac oblatione sunt plura notanda. Primo nota ꝙ intellectus human⁹ nō potest eleuari ad cognoscendū diuina nisi per fidē. Un̄ Aug. ꝓmo de trini.dic̄: Mētis hūane acies inualida in tā excellēti luce nō figit: nisi p iusticiā fidei emūdet. Scd̄o,nota ꝙ talis cognitio fidei habet aut per doctrinā alterius :aut p studiū aut per diuinā reuelationē. Tertio nota ꝙ deus fidē et alia dona dat ɓm mensurā. Un̄ Math.viij.de centurione dixit Nō inueni tantā fidem in israel. Quarto nota ꝙ sapere aliquid de diuinis extra terminos fidei:vel preter illa que tradit scriptura catholica:vel vltra que potest intellectus hois cū portione fidei:est sapere plusq̄3 oportet sape: imo est desipere. Quia.j.ad Corin.j. Stultam fecit deus sapientiā hui⁹ mūdi Quinto nota ꝙ propter primū errant heretici. Sexto nota ꝙ ↄtra secundū faciunt temerarij: asserētes de deo aliqd vltra ea q̄ scripta sunt ab apl'is ꝛ prophetis. Septimo nota ꝙ in tertio desipiunt multi fatui: qui supra virtutē intellectus ꝛ mensurā sibi datā fidei inuestigant que nō p̄nt attingere:ↄtra illud Ecc̄.iij. Altiora te ne quesieris. Prouer.xxv Scrutator maiestatis opprimetur a gl'ia. Octauo nota ꝙ sapere intra terminos fidei:ꝛ ɓm ea que traduntur in scripturis canonicis ꝛ ɓm mēsurā intellectus est sapere ad sobrietatē. Nono nota ꝙ primā oblationē obsecrat fieri apl's:istā vo precipit dicēs: Dico eni videlicet ꝑcipio p gratiā que data est mihi.i.auctoritate apl'ica:oib⁹ q sunt inter vos: nō plus sapere:sed sapere ad sobrietatē: et vnicuiq3 ɓm mensurā fidei. Quia.j.ad Corint.xij. Diuisiones gratiarū sunt. Decimo ꝛ vltimo nota:ꝙ fidē ꝛ alia dona deus mēsura

distribuit hoibus: excepto christo: de cuius plenitudine omnes accepimus Joh.j.

¶ Tertia questio psentis sermonis Utrũ videlicet sine charitate deo placeat oblatio?

Querif a doctoribus circa tertiam partẽ eplẽ: vtrum sine charitate deo placeat oblatio? Et in hac parte breuitati studendo quia multa iã dicta sunt in psenti sermone: dicunt oẽs qp non: quo ad meritũ. Quia.j. ad Corinth.xiij. paulus ait: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam: charitatem autẽ nõ habuero: nihil mihi pdest: videlicet quo ad meritũ.j.q.j.§.opponif. De pe.di.ij.§. euidẽter. et de pe.di.iij. Si qs aũt. Et ideo vult apl's in hac tertia pte qp offeram⁹ cũ sanctis magis thus id est vnitatem charitatis. Quia in vno corpe multa sunt mẽbra diuersa officia habẽtia Et in eccl'a multi sunt hoies habẽtes diuersas grãs: vnũ tñ i vnitate charitatis debẽt eẽ in christo. Quia per euãgeliũ Lu.ij scriptũ: docet offerre myrrhã: cũ.xij annoꝝ fuit in tẽplũ. Offerre aurũ: quia iudeos docuit fidem. Offerre thus: quia patris dilexit honorẽ: et proximis parẽtibus honorẽ: ⁊ ipsis deniqꝫ parẽtibus subiectionẽ. Qui viuit ⁊ regnat in secula scl'oꝝ Amẽ.

¶ Dñica prima post octa.ephe de beneficẽtia vel de beneficijs primo exhibendis. Sermo.vij.

Habẽtes quidẽ donationes bm gratiã que data est nobis differẽtes. Ad Ro.xij. hec verba scribuntur. Pro exordio pñtis sermonis a doctorib⁹ querif Utruꝫ beneficẽtia sit actus charitatis? Et dicunt Alex.⁊ Tho.2ª 2ᵉ q. xxx.ar.j.qp sic. Primo quia charitas est amicicia quedam. Sed phs ix.eth. inter alios amicicie actus ponit hũc vnũ: quod est operari bonũ ad amicos: quod est amicis benefacere: ergo beneficẽtia est actus charitatis. Jtẽ secũdo q: dñs Math.v dicit: Benefacite his q oderũt vos xxiij.q.iiij.§. Sed adhuc. Jtẽ tertio Quia Paulus in presentiarum ait Habẽtes quidẽ donatiões bm gratiam que data est nobis differẽtes: debẽt videlicet cõicari mutuo: vt sic appareat qp offeramus deo thus: ⁊ qp p charitatẽ sim⁹ alter alteri⁹ mẽbra. ¶ In q̃ gdẽ epl'a tres questiones pro eius expositione declarande sunt. Prima quarũ est de bñficẽtie generali exhibitione. Utrum videlicet sit oib⁹ hoib⁹ generaliter bñfaciendũ. Alia est de beneficẽtie proximali administratiõe. Utrũ videlicet magis ꝯiunctis magis sit bñfaciendũ: ibi. dilectio sine simulatione est. Tertia de beneficentie inimicali demonstratione. Utrum videlicet sit benefaciendum inimicis? ibi: Benefacite.

¶ Prima q̃o psentis sermõis Utrũ videlꝫ oibus hoib⁹ sit bñfaciendũ.

Querif a doctoribus circa primã partẽ epl'e. Utrum oibus hoibus sit benefaciendũ? Et dicũt Alex.et Tho. vbi sup arti.ij. qp sic. Primo quia apl'us ad Gala. vltimo dicit. Dum tẽpus habem⁹ operemur bonũ ad oẽs. Jtẽ scdo Quia cum dile

ctio charitatis se extendat ad oés
etiā beneficentia se debet extēdere
ad oés:pro loco tamen et tpe. Oés
eni actus virtutis sunt ꝑm debitas
circunstantias imitandi. Itē tertio
quia bñficentia cōsequit amorē ex
ea parte qua mouet supiores ad ꝓ/
uisionē inferiorū. Et q: gradus in
hoibus nō sunt imutabiles sicut in
angelis. Unde qui est superior ꝑm
vnum:potest esse inferior ꝑm aliud
Ideo mutua debet esse bñficentia.
Hinc Paulus in prima parte eple:
enumerat mlta beneficia: que sunt
mutuo ministrāda. Primo bñficiū
ꝓphetandi. vnde ait: siue ꝓphetiā
ꝑm rationē fidei. Ubi glo. Si habe
mus donū ꝓphetie occulta sciēdo
debemus aliis explicare ꝓut fides
auditorū exigit Scđo bñficiū sctē ec
clesie ministrādi. Uñ ait: siue mini
steriū in ministrando: vt impleat il
lud apli .j. ad Cor.iiij. Sic nos ex
stimet homo: vt ministros xpi. qđ
ptinet ad ministros eccl'ie. Tertio
bñficiū pdicādi. Unde ait: siue qui
docet in doctria. Ubi glo. Qui ha/
bet gratiam docendi doceat. sicut
xpus dixit aplis Mathei vltimo.
Euntes docete oés.xxxij. q.iiij. §.
His ita. Quartū bñficiū exhortan
di. Uñ ait. Qui exhortat in exhor/
tādo Iuxta illud ad Thessa.v. Edi
ficate alterutrū.xlv.di. Sane. Qui
to beneficiū largiēdi. Uñ ait. Qui
tribuit:in simplicitate suple tribuat
Quia Mathe.vj.dicit. Nesciat si/
nistra tua q̄ faciat dextera tua. Sex
to bñficiū psidendi. Unde ait. Qui
preest in sollicitudine: vt faciebat
apl's.ij.ad Corin.xj.dicēs: Instan
tia mea quotidiana sollicitudo om
niū ecclesiarū. Septimo beneficiū
miserendi. vñ ait: qui miseret in hi/
laritate. Iuxta illud ecclesia. xxxv.
In omni dato hilarē fac vultū tuū.
Et.ij.ad Corin.ix.di: Hilarē eni da
torē diligit deus.xxvj.q.vj.§.Ex his
¶ Secūda q̄stio psentis sermonis.
Utrū magis sit benefaciendum
magis coniunctis?

q Uerit a doctoribus circa
scđam partē eple. Utrum
bñfaciendū sit magis his
qui sunt nobis magis cō
iūcti? Et dicūt supradicti doctores
ꝙ sic. Primo q: Augu.j.de doctri/
na christiana dicit. Cū oibus pro/
desse nō possis: his potissimū cōsu/
lendū est qui ꝓ locorū vel temporū:
vel quarūlibet rerū oportunitatibus
cōstricti tibi quadā sorte iungunt.
Itē hoc docet natura. Nam ignis
primo calefacit rem sibi ꝓpinquā.
Itē tertio q: dyonisius cap.iiij.de
angel.ierarchia dicit. Oportet ꝙ
magis ꝓpinquis simus magis be/
nefici: ceteris paribus. Quia in ex/
trema necessitate aliquo casu ma/
gis est bñfaciendū extraneo. Hinc
aplus in.ij.parte eple ponit benefi
cia exhiberi amicis. Primū est bñ/
ficiū dilectiōis que debet esse vera
sine fictione. Unde ait. Dilectio si/
ne fictiōe. Debet esse recta sine am
fractione. Uñ dicit. Odiētes malū
Debet eē firma sine titubatiōe. Uñ
dicit: Adherētes bono. Debet esse
plena sine diminutione. vnde dicit
Charitatē fraternitatis inuicē dili
gentes. Aliud bñficiū est honoris
exhibitiōis. vnde dicit. Honore in
uicē puenietes. Honor aūt acceptus
est si fiat cum diligētia. Hinc dicit

Sollicitudine nõ pigri Si fiat cum beniuolẽtia. Hinc est: spiritu feruẽtes. Si fiat in recta in deũ tendentia. Hinc dicit Spe gaudẽtes. Tertiũ beneficiũ est aduersoꝝ supportationis. Vñ ait. In tribulatione patientes Quartũ beneficiũ est suffragiũ oꝛonis. Vñ ait. Orationi instãtes: q: dum oꝛat Moyses vincit populus Exo.xvij.xxxvj.di. Si quis vult. Quintũ beneficiũ est miseroꝝ subleuationis. Vñ ait. Necessitatibus scõꝝ cõicantes. Sextũ bñficiũ est: peregrinoꝛũ receptionis Unde ait. hospitalitatem sectãtes. lxxiij. di. in nomine.

¶ Tertia q̃o p̃sentis sermõis. Utrũ sit bñfaciẽdũ inimicis ꝺ necessitate

q Uerif a doctoꝛibus circa tertiã partẽ ep̃le. Utrũ sit benefaciẽdũ inimicis Et dicũt supꝛadicti doctores ꝙ sic. Pꝛimo in extrema necessitate. Itẽ scõo ex feruentioꝛi charitate Nam ferũtioꝛ est charitas que se extendit ad inimicos. Tertio exemplaritate ap̃li: i hac tertia parte epistole ponẽtis: quatuoꝛ bñficia exhibenda esse inimicis. Pꝛimũ quoꝛũ est bñdictionis. Vñ ait bñdicite psequẽtibꝰ vos: bñdicite: ⁊ nolite maledicere. Scõm bñficiũ est cõgratulationis vnde ait: gaudere cum gaudentibus di.xv. Sancta romana Tertium bñficiũ est amaricatonis. vnde ait flere cum flentibus. De consecratione di. pꝛima. Hi duo. Quartũ beneficiũ est condescensionis. Unde ait: Idipsum inuicẽ sentientes: nõ alta sapiẽtes: vt superbi sed humilibꝰ ꝯsentiẽtes. Sicut chꝛistus humiliter iuit ad nuptias inuitatus. lvj. di. Sponsus. ⁊ ibidẽ vt dicit euãgeliũ hodiernũ Jo.ij. descriptũ: fecit pꝛimũ miraculũ. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amẽ.

¶ Dñica.ij. post octa.epiphanie de prudẽtia: q̃ debet esse in dilectione pꝛoximi Sermo octauus.

n Olite eẽ pꝛudẽtes apud vosmetipsos. Ad Ro.xij.ca. hec verba scribuntur. Pꝛo exoꝛdio p̃ntis sermonis queritur a doctoꝛibꝰ: vtrũ pꝛudẽtia possit quis peccare in diligẽdo pꝛoximũ? Et dicunt Durãdus oꝛdinis nr̃i: ⁊ Nicolaus de lira: ⁊ sanctus Tho.2ª2ᵉ q. xlvij. ar. xiij. ꝙ iuenif triplex pꝛudẽtia. Una vera: que ad bonũ finẽ totius vite ꝯsiliaf iudicat ⁊ pꝛecipit: q̃ in malis nõ potest esse. Vñ phs. vj. Eth. dicit: Impossibile est pꝛudentẽ esse non existentẽ bonũ. Alia pꝛudentia est vera: que adinuenit vias accõmodatas ad finẽ bonũ. sed efficif imperfecta: vel quia accipit finẽ quĩ nõ est cõis totius vite humane: puta cũ quis adinuenit vias accõmodatas ad negociandũ vel ad nauigandũ. vñ dicif pꝛudens negociatoꝛ vel nauta. Uel quia recte cõsiliatur et iudicat. Sed nõ efficaciter pꝛecipit omne de his que pertinẽt ad totã vitã. Tertia pꝛudẽtia est falsa p siĩitudinẽ dicta: cũ qs bene disponit que sũt agẽda ad malũ finẽ. Vñ. v. Metha. quis dicif pꝛudens latro: qui caute adinuenit vias nocẽdi. Et de hac ad Roma. viij. dicit ap̃ls: Pꝛudentia carnis: moꝛs est. Et hec semp inuenif in malis: sicut secũda cõis est bonis ⁊ mal'. Nunc

ergo ad propositū dicit apl's: Nolite eē prudētes apud vosmetipsos: mala prudētia decipiēdo proximū: vel bona prudētia illā nō exercēdo ad vtilitatē pximi. Sed estote prudentes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut columbe Math. x. vbi Hiero. ⁊ ponitur in decre. xvj. q. j. Si cupis. Habeto ait ad Paulinū simplicitatē columbe: ne cuiquā machineris dolos. ⁊ serpentis astutiā: ne alioꝝ supplāteris insidijs. ¶ In hac igit̄ ep'la pro eius expositione tres questiōes declarāde sunt. Prima q̄rū de prudentie dilectionis pximi defensione. Utrum vz liceat reddere malū p malo: et liceat vindicare?

Alia est de prudētie dilectiōis pximi scādali euitatione. Utrū videlicet eoꝝ qui diligūt proximū sit scandalisare: ibi. Prudētes. Tertia est de prudētie dilectionis proximi iniuriarū remissione: vtrū videlicet diligentis prudenter proximū sit iniurias remittere: ibi. Si fieri potest.

¶ Prima questio pn̄tis sermonis: vtrū liceat reddere malū pro malo: ⁊ an liceat alicui se vindicare de iniurijs?

Queritur a doctoribus circa primā partē ep'le: vtrū liceat reddere malum pro malo: ⁊ an liceat alicui se vindicare? Et dicunt Alex. de Ales in tertia parte: ⁊ sanct' Bonauētura ⁊ sanctus Tho. 2^{a} 2^{e}. q. cviij. ar. j tres cōclusiones. Prima quarū talis est: ꝙ malū ⁊ iniuria quod infertur alicui: aut redundat in deū ⁊ in ecclesiam: ⁊ tūc licz vindicari: sicut Helias fecit ignem descendere super eos qui venerant ad ipsum capiendū. iiij. Re. j. Et Helyseus maledixit pueris eū irridētib'. iiij. Re. ij. Et Siluester papa excōicauit eos qui miserūt eū in exiliū. xxiij. q. iiij. Ipsa pietas. Alia cōclusio est ꝙ si malū est in psonā ppriā: tunc si intentio vindicātis fertur ad aliquod bonū ad quod peruenit per penam peccātis: puta ad emendationē vel cohibitionē eius: vel quietē alioꝝ: vel ad iusticie conseruationē: vel ad dei honorē: potest eē vindicatio licita: circumstātijs debitis obseruatis. Tertia conclusio: ꝙ si intētio vindicātis fertur p̄ncipaliter ad malum illius de quo vult vindicari: ⁊ ibi quiescat. Illicitū est: quia delectari in malis alterius pertinet ad odiū: quod charitati repugnat: q̄ oēs hoīes diligere debemus. Nec excusat̄ dicēdo Mihi intulit malū sicut nec excusat̄ qui odit se odientē Et hoc ait apl's: Nulli malum pro malo reddentes.

¶ Secūda questio sermonis: vtrū videlicet eoꝝ qui diligunt proximū sit scandalisare?

Queritur a doctorib' circa secundā partē ep'le: vtrū videlicet eoꝝ qui diligūt proximū sit scandalisare? Et dicūt sup̄dicti doctores: ⁊ Tho. 2^{a} 2^{e} q. xliij. ar. vj. ꝙ scādalū actiuū pprie est cū quis tale aliqd dicit vel facit quod de se tale est: vt alterū natū sit inducere ad ruinā. Illi autē q proximū recte diligūt: tale quid nō agūt: quia viuūt b̄m regulā rationis ordinate. b̄m illd. j. Corin. xiiij. Oīa honeste ⁊ b̄m ordinē fiant in vobis: et si quid in eoꝝ dictis vel factis ab hac moderatione desit: hoc puenit

ex infirmitate humana: ſm quam a perfectione deficiũt: nõ tñ intantũ deficiũt vt multũ ab ordine ratiõis recedãt: adeo q̃ nõ poteſt ab alio aſſumi occaſio peccandi. Preterea ad Ro.xiij. Paulus ait Qui diligit proximũ legẽ impleuit. ergo talis nõ eſt ſcãdaliſare. Et ſi dicit illud Mathei.xv. Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcandaliſati ſunt. Rñdet q̃ ſcãdalũ paſſiuũ ſemp ab aliquo actiuo cauſat: ſed nõ ſemp a ſcandalo actiuo alterius: ſʒ eiuſdẽ q ſeipm ſcãdaliſat. Hinc ait apl's in ſecũda parte ep'le: Prouidẽtes bona nõ ſolũ corã deo: ſed etiã corã hoibus.

¶ Tertia queſtio pſentis ſermonis Utrũ prudẽter diligẽtis pximũ ſit iniuriam dimittere.?

resurrexit a mortuis ꝑ gl̄iam pr̄is
i.per potentiā diuinitatis. ita ⁊ nos
in nouitate vite ambulemꝰ. Nā ad
ro.vj.idē ait. Christus resurgēs ex
mortuis iā nō morit: mors illi vltra
nō dn̄abit: nec nob̄ vltra mors pcti
dn̄ari dedet.xxvij.q.j. Nuptiarum
de ꝯse.di.ij. Semel xp̄s.⁊ ca.iterat
¶ Scd̄a q̄stio presentis sermonis.
Utrū vz homo possit ⁊ peccato pre
seruari cōformatione vite xp̄i

Q Uerit a doctoribus circa
scd̄am partē ep̄le. Utruz
vz homo possit p̄seruari
a pctis ꝯformatione vite
xp̄i. Et dicūt ꝙ sic. Primo ꝯfigura
tione Un̄ ait ap̄ls. Si eni cōplātati
facti sumus similitudini mortis eiꝰ
vz xp̄i. vt iā dictū est: vt sic mortuꝰ
est pene: nos mortui sumꝰ culpas:
sil' ⁊ resurrectiōis erimꝰ Scd̄o fomi
tis debilitatōe q̄ fit in baptismo vir
tute mortis xp̄i: Un̄ dicit ap̄ls. Hoc
sciētes: q: vetus hō noster: de quo
ad Ephe.iiij. Exuite veterē hoiem
vz antiq̄ peccatrix cōuersatio. simr
crucifixus est: vz cū xp̄o q: xp̄i mor
te deleta est. vt destruat corpus pec
cati. vniuersitas eius: vt vltra nō ser
uiamus pctō. Quia ioh̄. viij. dicit
Qui facit peccatū seruus est pecca/
ti. De peni.di..iij. Ille rex. Tertio
mentis iustificatōe Quia dicit ap̄ls
Qui enim mortuus est scz peccato
iustificatus est a peccato: vt vlteriꝰ
s.non cogat seruire peccato. Nam
anima que peccauerit ipsa moriet.
Ezech.xviij.j.q.iiij. Iā itaqꝫ.xxiiij.
q.iij. His ita. De ꝯse.di.iiij. Queri

¶ Tertia q̄stio p̄sentis sermonis. Utrū vz homo pctō mortuus exemplo xp̄i acq̄rat vitā eternā d̄ ɔgruo.

q Uerit a doctoribus circa tertiā partē epl'e. Utrum vz homo peccato mortu⁹ exemplo xp̄i acquirat sibi vitā eternā. Et dicunt tria. Primum qui moriunt culpe sicut xp̄s mortuus est pene: viuunt vita christi: vñ dicit apl's. Si autē mortui sumus cum xp̄o: modo quo dictū est. credimus: vz fide certa: quia simul etiā viuemus cū illo: iuxta illud. j. ad The. iiij. Sic semp cum domio erimus. Et. ij. ad thi. ij. Sicut mortui sumus ꝛ cōuiuemus: vt. s. simus mortui sicut xp̄us. Primo vestib⁹ spoliati ꝑpter paupertatē. Qꝛ mathei. v. Beati pauperes. xxiij. q. iiij §. ex his. Scdo membris dilatati ꝑpter charitatē. Quia. j. ad Thi. j. finis p̄cepti ē charitas. Tertio clauis tormētati ꝑpter vite austeritatē Quia ad Ro. xij. apl's ait. Carnis curā ne feceritis. De cōse. di. v. Nō mediocriter. Quarto capite inclinati ꝑpter humilitatē Quia math. xj. dicit dn̄s. Discite a me: quia mitis sum ꝛ humilis corde. ij. q. ij. Qui se sic. Aliud dicunt: qualis est vita christi: vnde ait aplus. Scientes qꝛ xp̄us resurgens a mortuis: iam nō morit. Ecce ꝙ vita xp̄i est immortalis. Mors illi vltra non dominabit Ecce ꝙ est felix: et ꝓbat hoc dicēs Nō eniz mortuus est peccato: mortuus est semel: ꝛ sic nō morit vltra. Quod aūt viuit: viuit deo: ꝛ iō feliciter. Tertiū dicūt quia debemus mori exemplo xp̄i: vt viuamus cuz eo: vnde ait apl's. Itaqꝫ existimate et vos quidē mortuos esse peccato viuentes autē deo in xp̄o iesu dn̄o nostro. Qui misertus turbe pauit eam: vt dicit euangeliū hodiernū Math. viij. descriptū. Quaten⁹ moreretur peccato ꝛ viueret deo.

¶ Dn̄ica septima post penthe. de solutione q̄stionis: qd est humanius et facilius facere bonuz: vel malum. Sermo. xxxiiij.

h Umanū dico ꝑpter infirmitatem carnis vestre. ad Ro. vj. hec verba scribunt Pro exordio p̄sentis sermōis a doctoribus querit. Utrū p̄cepta legis xp̄iane sint humaniora et faciliora p̄ceptis legis Mosayce. Et dicunt Alex. de Ales in tertia parte: et. s. Thomas ibidē. q. cvij. arti. iiij. Qd licet p̄cepta christiāe legis sint maioris difficultatis respectu interiorū actuū qui ꝓhibent in ea et non in illa: vt patet in adulterio Math. v. tamē sunt leuiora ꝛ magis humana: tū quia pauciora: tū quia clariora: tum qꝛ amabiliora. Nam illa lex erat timoris: ista vo est amoris Unde dicit Augu. sup Joh. Mandata legis christiane non sunt grauia amanti: sed nō amanti sunt grauia. Et rationem assignat ph̄us. v. Ethi. vbi dicit. Operari ea que iustus operat facile est: sed operari eo mō quo iustus operat. s. delectabiliter ꝛ ꝓmpte: est difficile non habēti iusticiā. Et ideo Paulus ea predicans dicit. Humanū dico: ꝑpter infirmitatē carnis vestre. In qua qdē epl'a pro eius expositione tres q̄stiones sunt declarande. Prima q̄re

leuius est facere bonum q̃ malum. Scd̃a quare grauius est facere malum q̃ bonũ. ibi. cum enĩ. Tertia quare meli⁹ est facere bonũ q̃ malũ ibi. nũc ṽo liberati. Ut prima sit de operationis boni leuitate et facilitate. Alia de operationis mali grauitate. Tertia de operationis boni fructuositate.

¶ Prima questio p̃sentis sermonis de opationis boni facilitate: vtrum vz facilius sit facere bonũ q̃ malũ.

q Ueritur a doctoribus circa primã partẽ ep̃le. Utruz vz facilius sit facere bonũ q̃ malũ. Et dicunt q̄ facilius est facere bonum propter tria. Primũ ꝓpter dilectionem: q: obiectũ voluntatis est bonũ: et nihil diligere possumus nisi bonũ: et vt ait Grego. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Scd̃m ꝓpter rationẽ. Quia rationabilius est facere bonũ q̃ malũ. Unde homo faciendo bonũ homo dicit. cum autẽ operat malũ perdit rationem: et iumentis comparat. Hinc in psal. dicit. Homo cũ in honore esset nõ intellexit: similis factus est iumentis insipiẽtib⁹. Tertiũ ꝓpter obiecti cõparationẽ. Nam qui facit bonũ bene seruit deo: qui autẽ operat malũ seruit diabolo: et seruire deo regnare est: seruire autẽ diabolo in interitum ire est. Et quia facilius est facere bonũ. ideo Paulus ait. Humanũ dico. i. qd̃ leuius est vobis p̃cipio. Quia Math. xj. d̃ns dixit. Iugum enĩ meũ suaue est: et onus meum leue: et istud leue vobis p̃cipio propter infirmitatẽ carnis v̄re. Nã vt mathei. xxvj. dicit. Sp̃us quidẽ promptus est: caro aũt infirma. Et ideo. dic̃. Sicut enĩ exhibuistis mẽbra vestra seruire immũdicie: vz luxurie que corpus inquinat: et iniquitati: vz mentis ad iniquitatẽ. Quia vt ait Grego. peccatũ quod p penitẽtiaz nõ diluit mox suo põdere ad aliud trahit. Ita nunc. j. ad Corin. vj. Ecce nunc tempus acceptabile. Exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationem. di. xlvij. Omnes.

¶ Scd̃a questio p̃sentis sermonis de operatiõis mali grauitate: vtrũ grauius sit facere malũ q̃ bonum.

q Ueritur a doctoribus circa scd̃am partẽ ep̃le. Utruz vz grauius sit facere malum q̃ bonũ: et dicunt q̄ sic: ꝓpter tria. Primo ꝓpter vilitatem nam magna vilitas est facere malum: q: sic agens efficit seruus. Uñ Ioh. viij. Qui facit peccatũ seruus est p̄cti. Unde ait ap̃ls. Cũ enĩ serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. i. caruistis dominio iusticie: que est vilissima seruitus. Scd̃o ꝓpter damnositatẽ. Unde ait ap̃lus Quẽ enim fructuz habuistis tũc in illis scz peccatis: in quibus nũc erubescitis. quasi dicat nullum. Quia mathei. vij. Non potest arbor mala bonos fructus facere: que debet succidi. extra de decimis. Quamuis Tertio ꝓpter penalitatẽ. O q̃ grauis est pena male agentiũ. Nam iustus secure oĩa facit: latro cruciatur gelu et frigore: et sepe occidit dum vult occidere. Adulter timet superuenire maritũ: et ita de singulis. Sz ceci peccatores dicunt bonũ malum De quibus Iob. xxxj. dicit. Esse sub

spinis τ sentibus delicias computa bũt. Quia vt ait poeta. Dicit amor cecus dedecus esse decus. Quibus esai. v. dicit. Uhe qui dicitis bonũ malũ: τ malũ bonuz. Et ideo dicit aplus Nam finis illorum mors est de pe. di. j. peccatum.

¶ Tertia q̃stio p̃sentis sermõis de operationis boni fructificatõe q̃re melius est facere bonum q̃z malum

q Uerit a doctoribus circa tertiam partẽ epistole: de opationis boni fructifi/cation. Utrũ vz melius sit facere bonũ q̃z malũ. Et dicũt q melius est facere bonũ ꝓpter tria. Primo ꝓpter honorabilitatẽ. Uñ dicit aplus. Nunc vo liberati: τ certe status libertatis satis est honorabilis maxime eorꝫ qui a dei filio sũt liberati. Quibꝰ xp̃s ioh. xviij. dicit. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scd̃o ꝓpter delectabilitatẽ Uñ dicit aplus a peccato serui autẽ facti deo. Nam magna delectatio est liberari a peccato τ seruire deo. Quia apus ad Gala. vj. dicit. Fru/tius spiritus: charitas pax: gaudiũ Et. j. ad Corin. iij. dicit. Ubi spiritꝰ dei. ibi libertas. xix. q. ij. Due sunt xxiij. q. vj. §. ex his. De renunc. nisi cuz pridem. de regula. licz. Tertio propter desiderabilitatẽ. Magno enim desiderio efflagitãt homines gratiã in p̃senti: τ gloriã in futuro: et hec acquirit bene faciendo. Uñ ait aplus. Habetis fructũ vestrũ in sanctificatione vz gratie in p̃senti: finẽ vero vitã eternã. Nec mirũ q: stipẽdia peccati mors Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipa morieť. j. q. iiij. Jam itaqꝫ. xxiiij. q. iij. His ita. De cõsecra. di. ij. Queris a me. Stipendiũ eni scd̃m Augu. dicit a stipe pendẽdo seu ponderãdo: quia militibus pugnãtibꝰ pro patria ad pondus pecunia dabať antiquitꝰ. Gratia autẽ dei vita eterna in chri/sto iesu dño nr̃o Quia ioh. j. gratia et veritas per iesum xp̃um facta est De conse. di. iiij. placuit. Qui con/demnat opantes maluz sub vmbra veritatis: vt dicit euãgeliũ hodier/nũ Mathei. vj. descriptũ. O igiť fe lix qui facit bonũ: τ decliuat a ma/lo. Cauens a falsis ꝓphetis: qui do cent contrariũ: quia in p̃senti abũ/dabit gr̃a: et in futuro coronabitur gloria: per infinita scloꝝ scl'a. Amẽ

¶ Dñica octaua post penthe. de vita carnali fugienda. Sermo. xxxv.

D Ebitores su mus nõ carni: vt scd̃m carnẽ viuamꝰ. Ad Ro. viij. ca. hec verba scri/bunť. Pro exordio: p̃ntis sermonis a doctoribꝰ queriť. Utrũ vita carnalis sit fugiẽda obligatiõe legis na/ture et dicũt q sic. Primo q: natu/raliter homo debet fugere peccatũ quod est contra naturã hominis τ seruire iusticie. Sed hec fit viuẽdo non vita carnali. ergo τc. Preterea scd̃o sic. Naturaliter eni homo te/neť sequi instinctũ sp̃us cũ spiritus sit pars in homine p̃ncipalis. Uñ debet viuere scd̃m dictamen recte rationis: que iudicat vt carni admi nistrenť necessaria. iuxta illõ Eccl. xxxiij. Cibaria τ virga et onus asi/no: panis τ disciplina τ opus seruo τ ei necessaria ministrãdo nõ ope/ranť eius desideria. Hinc ipse apl's

ait ad Ro.xiij. Curá carnis ne fece
ritis De conse.di.v. Non mediocri
ter Uñ augu. Anima ⁊ si nó est sum
mũ bonum: quod est deus: ⁊ paruũ
bonũ quod est corpus: debitrix est
tamé deo vt scdm deum viuat: nó
carni que est asinus ⁊ seruus eius:
vt eius delectationes prosequatur
Tertio quia dicit aplus. Debitores
sumus nó carni vt scdm carné viua
mus. ¶ In qua qdé epl'a pro ei⁹ ex
positione tres qstiones sunt decla/
rande. Prima quarum est de carna
li vita fugienda ex gehéne cómina/
tione. Utrũ vz pena eternali debea
mus fugere vitam carnalé. Alia est
de vita carnali fugiéda ex glorie ꝓ
missione. Utrũ vz ex ꝓmissióe eter
ne glorie debeamus fugere vitá car
nalem. ibi. si auté spiritu facta car/
nis. Tertia est de vita carnali fugiẽ
da ex gratie adeptione. Uz vtrum
ex adeptione gratie debeamus fu/
gere vitá carnalé. ibi. quicunq;.
¶ Questio prima presentis sermo/
nis: vtrũ vz timore pene eternalis
debeamus fugere vitam carnalem
Uerit a doctoribus circa
primá parté epl'e. Utrum
vz timore pene eternalis
debeamus fugere vitam
carnalé. Et dicũt q sic. Primo q:
ex sensib⁹ carnis nascunt vitia que
aiam occidũt Uñ.j.ad thi.v. Pau
lus ait. Uidua q in delicijs est: mor
tua est viuens. Quia ad Ro.vj.di/
citur. Stipendia peccati mors Se
cundo. Quia augu. sup iohá. dicit.
Uita hominũ media est inter vitaz
angeloꝝ et pecorũ. Si viuit homo
scdm carné pecoribus comparatur
Si viuit homo scdm spiritũ: ange/
lis sociat: et ait. O vita que tot ho/
mines decepisti: tot seduxisti: tot ex
cerasti. Dum fugis nihil es: duz vi
deris es quasi vmbra: dum exalta/
ris es quasi fum⁹: stultis es dulcis
⁊ sapientibus amara: qui te amant
nó te cognoscunt: qui te cótemnũt
ipsi te intelligunt. Tertio q: Pau
lus ait. Si eni scdm carné vixeritis
moriemini. Et idem paulo ante in
p̄senti epl'a dicit. Qui autez sunt in
carne deo placere nó possunt.
¶ Secunda qstio p̄sentis sermonis
vtrũ vz ex promissione eterne glo/
rie debeamus fugere carnalé vitam
q Uerit a doctoribus circa
scdam parté epl'e Utrum
ex ꝓmissione eterne glo/
rie debeamus fugere car
nalé vitam? Et dicunt q sic. Pri/
mo quia Remigius ait. Non idcir
co creati sum⁹ ab omnipotente deo
vt scdm carné.i.fm carnis desideri
um viuamus: q: nó sumus carni de
bitores: sed deo: et spiritui nostro vt
spirituale cóuersemur: cuncta trási/
toria ⁊ caduca pro nihilo deducen/
tes. Cum eni nó essemus: ab eo có/
diti sumus: ⁊ cũ nostro vitio perditi
essemus: ab ipso redépti sumus: qui
donat nobis téporalia ⁊ spiritualia
ꝓmittit eterna. ab eo eni cũcta bo
na recepimus: ac per hoc de cũctis
bonis ei debitores sumus. Debituz
auté nostrũ ei reddimus: cũ delecta
tioné carnis abijcimus: cũ eius má
data pficimus. Hec ille. Scdo q:
ioh.vj.ca.dicit. Spirit⁹ eni est qui
viuificat: caro auté nó ꝓdest quicq̃
gratia auté dei vita eterna. Tertio
quia dicit aplus ad idé in scda par/
te epl'e. Si auté spiritu facta carnis

idest opera de qbus ad Gala.v. dicit. Manifesta sunt opera carnis: mortificaueritis.i.penitus a vobis abieceritis viuetis:vz eterna glia. ¶Tertia qstio psentis sermonis: vtrū vz debeamus fugere carnalez vitam ex adoptione gratie.

Querit a doctorib⁹. Utrū vz debeamus fugere carnalē vitam ex adeptione gratie ꝛ dicūt ꝙ sic. Quia paulus in tertia parte epistole dicit Quicūqꝫ enim spiritu dei aguntur idest regunt. scdm illud psal. Dominus regit me:ꝛ nihil mihi deerit vel agūt.i.impellūtur. Juxta illud mathei.iiij. Ductus est iesus in desertū a spiritu. hi sunt filij dei: adeptiōe gratie. Unde xps dicit aplis. Joh.xv. Jam nō dicā vos seruos: qd pbat tripliciter. Primo ex gratiosa cōfessione: cōfitendo deum esse patrē nrm: vn apls ait. Nō ei accepistis spiritu seruitutis iterū in timore:sed accepistis spiritū adoptionis filiorꝫ:in quo clamam⁹ Abba pater Ubi augu. elegāter verba duarum linguarū proposuit. idē significantia propter vniuersum pplm qui de iudeis ac gētib⁹ in veritate fidei est vocatus. Si ergo per spiritū sanctum cōfitemur deū esse patrē nrm dicendo Abba hebraice: ꝛ pater latine.non solū per naturā sed etiam per gratiā:ergo per eundē spiritum sumus filij adoptionis. Scdo ex diuina testificatione:vnde ait apls Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nro ꝙ sumus filij dei:hoc modo. Qm̄ q agunt spiritu dei: peccata detestant: iusticiā sectant.carnē mortificāt. mentē eleuāt. ꝯtemnūt terrena. appetunt celestia. Hec āt oia sunt fide digna testimonia qui sunt filij dei. sicut pau.ad Ro.j.dicebat. Testis est mihi de⁹ Et iob.xvj dicit. Testis mihi est in celo.xj.q.iij Inter verba Tertio ex hereditatis superne adeptione:vnde dicit apls Si autē filij dei ꝛ heredes:heredes quidē dei:vnde Dauid in psal. Dominus pars hereditatis mee. Coheredes autē xpi:quia ipe est principalis heres:ad hebre.j.ca. quem cōstituit heredē vniuersorꝫ. O quātū hec carnalis vita detestanda est nō solū timore pene sed amore glorie et adeptionis gre: cū Augu.dicat de hac vita sup illō vbū. Ja.iiij ca. Que ē vita nostra: Uita hec est vita dubia.vita ceca:vita erumnosa:quā humores tumidāt: dolores extenuant:ardores exsiccant: aera morbidāt:esce inflant: ieiunia macerant:ioci soluūt. tristitia cōsumūt sollicitudo coartat securitas hebetat diuicie iactāt:paupertas deijcit. iuuētus extollit:senectus incuruat: infirmitas frangit:meror deprimit ꝛ hec oia mors interimit:vniuersis gaudijs finem imponit. Unde vilicus iniqtatis deceptus est vt dicit.euāgeliū hodiernū Luce.xv. descriptū Ipsam ergo nō amem⁹ Qr pau.ad phi.j.dixit. Cupio dissolui ꝛ esse cū xpo.vij.q.iij.§.Cū aūt: ſꝫ futurā ingramus vt ibi perēniter gaudeam⁹.

¶Dñica nona post penthecostes de phibitiōe pcti Sermo.xxxvj.

Non simus concupiscentes malorum.j.ad Cor.x.c. hec vba scribunt: Pro ex-

ordio presentis sermonis a doctoribus queritur. Utrum omnis cōcupiscentia et omne desideriū sit peccatū? Et dicunt ꝙ nō. Nā quedā est cōcupiscentia bonorū: que sunt bona in se et etiā concupiscenti: de qua dicit ꝓpheta in psal. Cōcupiuit aīa mea desi. iu. tu. in. o. t. Et sapientie. vj. Concupiscentia sapientie deducit ad regnū perpetuum: ⁊ hāc nō dissuadet scriptura: sed efficaciter psuadet. Sap. vj. dicēs. Cōcupiscite sermones meos. Et est cōcupiscētia mala: de qua Math. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eā. ⁊c. Et hāc ꝓhibet scriptura exo. xx. dicēs. Nō ꝯcupisces vxorē ꝓximi tui. Et de tali cōcupiscentia dicit aplus. Nō simus ꝯcupiscētes malorū ¶ In hac igit̃ epl'a pro eius expositione tres questiōes declarande sunt. Prima quarum est de pcti prohibitiōis exemplificatine. Utrū vȝ exemplo scripturarum prohibeat̃ omne peccatū? Alia est de peccati prohibitiōis attestatiōe Utrū vȝ punitiōes peccatorū facte in veteri testamēto fuerit figure maioris punitiōis fiende in nouo testamento. ibi. hec aūt oia. Tertia est de prohibitiōis doctrinatiōe. Utrū videlicet sit aliqua doctrina ad precauendum peccatum. ibi. itaqȝ

¶ Prima questio pn̄tis sermonis Utruȝ videlicet exemplo scriptura prohibeatur omne peccatum?

Querit̃ a doctoribus circa primam partem epistole Utrū vȝ exemplo scripturarū ꝓhibeat̃ omne peccatū? Et dicunt ꝙ sic. Primo eni prohibet̃ pctm̄ cordis dicēdo. Nō simus cōcupiscentes malorȝ sicut ⁊ illi. vȝ filij isrl' Numeri. xj. de quib⁹ pauloante dixerat. De quibus tria notanda sunt. Primo ꝙ apl's licȝ hic dissuadeat omne peccatū: tam illud quod est ex seipso: q̄d nō potest bn̄ fieri: vt est blasphemare deū q̄ȝ illud quod est pctm̄ ex circūstantia: vt interficere hoiem iniuste. vl' cognoscere mulierē non vxorē: vel vxorē nō debite: tn̄ ꝓprie dissuadēt concupiscētiā cordis respectu venereorū ciborū: diuitiarū et honorū. De quib⁹. j. ioh. ij. Omne quod est in mūdo: aut est cōcupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite. Secundo nota ꝙ apostolus inducit exemplum filiorū israel. quia illi maxime in his peccauerūt. Tū quia sacramēta illius legis nō ꝯferebant grām: cuius virtute cōprimeret̃ cōcupiscentia. Tū quia illa lex non determinabat penā sicut et nostra Unde iac. j. dicitur. Cocupiscentia cū cōcepit parit peccatū: pctm̄ vo cū cōsumatuȝ fuerit: generat mortē. Tertio nota ꝙ hic sp loquit̃ apl's de cōcupiscentia inquantū sp dicit̃ consensus respectu actus qui est pctm̄ mortale.

Scd̄o principaliter ꝓhibet̃ pctm̄ operis. Primo cōtra deum cū dicit Neqȝ idolatre efficiamini: honorē diuinū creature impedēdo: sicut q dam ex ipsis filiorȝ israel. vȝ quēadmodū scriptum ē exo. xxxij. Sedit ppl's māducare ⁊ bibere et surrexit ludere. i. corā vitulo cōflatili choreas ducere. ꝓpter q̄d periert q̄si triginta milia hoim. Scd̄o ꝯtra proximū et se ipsum peccantē cū dicit. Neqȝ formicemur. quis fornicator

in corpꝰ suū peccat.j.Cor.vj.xxvj.
q.ij.§.Sz ⁊ illd.Sicut qdā ex ipis
fornicati sūt:⁊ ceciderūt vna die.xxiij
milia.Numeri.xxv. Tertio cōtra
diuinū experimētū.cū dicit.Neqz
temptemus xp̄m de potentia eius
experimentū sumere volendo sicut
neqz sicut qdā eoꝝ tēptauerūt escas
petēdo:⁊ a serpentibꝰ perierūt Nu/
meri.xx.quos paruos vtvix videri
poterant:imisit deus vt morderent
Tertio principaliter ꝓhibet pctm̄
oris.cū dicit.Neqz murmurauerí/
tis.Quia sap̄.j.di.Custodite vos a
murmuratiōe que nihil prodest.et
a detractione parcite lingue.sicut
qdā eoꝝ murmurauerūt.s.ꝯtra deū
Numeri.xij.et perierūt ab extermi/
natore i.ab igne:q exterminauit ex
tremā partē castrorū.Numer.xvij.
¶Secūda questio presentis sermo
nis:Utrū vz punitiones facte in ve
teri testamēto ꝯtra peccata fuerunt
figure punitionum que sunt fiende
in nouo testamēto?

Q Ueritur a doctoribꝰ circa
secundā partē epl'e:Utrū
vz punitiones peccatorū
facte in veteri testamēto
fuerunt figura punitionū:que sunt
fiende in nouo testamēto? Et dicūt
ꝙ sic.Primo quia dicit aplus Hec
aūt oia in figura cōtingebant illis.
Scripta sunt aūt ad correctionē no/
strā in quos fines seculorū deuene/
runt.i.qui sumus in fine seculorū:
vz i vltima etate.iuxta illud.j.Io.ij
Filioli nouissima hora ē.Quia ad
Ro.xv.dictū est Quecunqz scripta
sunt:ad nostrā doctrinā scripta sūt.
Secūdo quia scriptura hoc decla
rat.Nam Geñ.iiij.dicit:Uox san/
guinis fratris tui clamat ad me de
terra.Itē Exo.x.pharao propter
plagas dixit:Peccaui in deuz ⁊ in
vos.Itē hierusalē deserta est ꝓpter
peccatū Hiero.xliiij. Tertio quia
hec oia sunt figura pene infligende
christianis:si silia cōmittant.Quia
Math.xxv.dicit christus eis:Ite
maledicti in ignem eternū:que est
pena penarum.
¶Tertia pars presentis sermonis:
Utrū videlicet sit aliq̄ doctrina ad
precauendū peccatum?

Q Ueritur a doctoribꝰ circa
tertiā partē epl'e:Utrū vz
sit aliqua doctrina ad pre
cauendū peccatū? Et di/
cunt ꝙ sic.Primo enim est admoni
tio.Unde apl's admonendo dicit:
Itaqz qui se existimat stare.s.in gr̄a
videat ne cadat.s.in pctm̄.Ecci.ix
dicit.Nemo scit vtrūꝰ odio vl' amo
re dignꝰ sit.hinc idē apl's ad ephe.
v.ait.Uidete quō caute ambuletis
Scdo ponit modificatio.vnde se
quit apl's.Temptatio vos nō app̄
hendat:idest nō ducat vos in con/
sensuz:nisi humana:que est de pec
cato veniali:que euitari nō potest
De cōse.di.ij.§.Iterat.Nam tem/
ptari bonū est:quia ꝓpħa ait.Pro
ba me dñe et tempta me.sed appre
hendi malū est. Tertio ponit au/
xiliatio.vnde cōcludit aplus.Fide
lis deus qui nō patiet vos tentari
supra id quod potestis:sed faciet cū
temptatione prouentū.s.gratie:et
per consequens gl'ie.Quia iac.j.di
Beatus vir qui suffert tēptationez
qm̄ cum ꝓbatus fuerit:accipiet co/
ronā vite.Quia fidelis deus in oi/
bus verbis suis vt ait propheta.O

quantum est beatus qui sic preca/uet peccato cordis eius ⁊ operis: ne pereat in hierusalē: super quā fleuit christus: vt dicit euangeliū hodier/num Luce.xix. descriptum. Sed victor tentationū ad vitam perueniat eternam Amen.

¶ Dñica.x.post penthecosten De diuina gratia Sermo.xxxvij.

Scitis q cum gētes essetis ad simulachra muta, put ducebamini eūtes.j. Corinth. xij. hec verba scribuntur. Pro exordio pñtis sermonis a doctorib⁹ querit: Utrū homo in hac vita sm statum presentē possit vitare peccatū? Et dicūt Alexan. de ales: ⁊ Bonauentura in tertio: ⁊ scūs Tho. p^a 2^e q.cj. ar.viij. q licz hō in statu nature integre hoc poterat cum auxilio dei: eum in bono conseruātis: tñ in statu nature corrupte hoc nō potest propter corruptionē appetitus sensualitatis: cuius motus singulos ratio reprimere nō potest. ⁊ sic peccat venialiter: peccat ⁊ mortaliter: nisi adiuuetur a gr̄a iustificante. Quia sicut appetitu nō totaliter subiecto rationi nō potest esse quin ꝯtingant inordinati motus in sensu: ita rōne hois nō existente subiecta deo: cōsequens est vt ꝯtingant multe inordinationes in ipsis actibus rationis. Unā Aug. in li. de pfectione iustitie dicit: Quisquis negat nos orare debere ne intremus in tētationē. Negat aūt hoc qui cōcedit ad non peccandū gr̄e dei adiutoriū nō esse homini necessariū: sz sola lege accepta humanā sufficere voluntatē: ab auribus hominū remouendum: ⁊ ore omniū anathematisandū eē nō dubito. Ideo Paulus dicit verba proposita pñtis ep̄le declarande. In q pro eius expositione tres questiōes declarāde sunt. Prima quarū est de diuie gr̄e cōmēdatione: Utrū vz homo sine diuina gr̄a possit ita bonum meritorium operari. sicut non potest vitare malū. Alia est de diuine gratie ꝯditiōe. Utrū vz ad idē det gr̄a gratū faciens ⁊ gr̄a gratis data. ibi. diuisiones. Tertia est de diuine gratie distinctione: quomō vz distinguunt gratie. ibi. vnicuiqz.

¶ Prima questio pñtis sermonis Utrū homo possit ita bonū meritorium operari sicut nō potest vitare et declinare malum sine gratia.

Querit a doctoribus circa primā partē ep̄le. Utrum homo possit sine diuina gr̄a ita bonū meritoriuz operari: sicut nō potest malū vitare Et dicit Nico. de lira q sm verba prime partis hui⁹ ep̄le diuina gr̄a ab ap̄lo triplíciter cōmendat. Primo quia sine ea pctm̄ mortale non potest euitari. et quantū ad hoc dicit. Scitis eni q cū gentes essetis. vz gentiliter viuētes absqz dei gr̄a ad simulchra muta adoranda: prout ducebamini eūtes: vel instinctu demonū: vel ppria inclinatiōe: vel hoium persuasione. Scdo gratia comendat: quia per eā vitat pctm̄ mortale. Unde subdit. Ideo notuz vobis facio: q nemo in spū dei loquens dicit anathema iesu. i. blasphemiā contra xp̄m: et accipit hic blasphemia large p omni peccato mortali: q est quedam blasphemia

dei inquantū separat ab eo: nec ꝓ/
pter hoc sequit: ꝙ homo habens
gratiā sit impeccabilis: quia nō ne
cessitat ad vtendū grã: et sic ex pro/
prio defectu potest peccare mortali
ter ꝫ tūc nō operat ex gratia: ꝓpter
quod notabiliter dicit apl'us. Ne/
mo in spū dei loquens. i. grã spūs
s. vtens. dicit verbo vel facto ana/
thema iesu. i. quodcūqꝫ separatiuū
Nā anathema separationē impor/
tat. Tertio grã cōmendat: quia si
ne ea, nullus potest bonū meritoriū
operari. Unde refert. Et nemo pōt
dicere dñs iesus nisi in spū sctō. Sꝫ
ꝯtra: quia math. vij. dī. Nō oīs qui
dicit mihi dñe dñe ītrabit in regnū
celorū. Respondet ꝙ dicere in spū
sancto: vno mō intelligit spūsancto
mouente solū: et nō habito. et hec
motio duplex est. Una per influxū
generalē. Et hoc mō dicit ambro.
Uerum a quocunqꝫ dicatur a spū//
sancto est Alia per influxuꝫ specia/
lem: ⁊ maxime in his que excedūt
facultatem nature. Sic balaā mul/
ta futura vera ꝑdixit. Nūeri. xxiiij.
Sic cayphas prophetauit. Joan.
xj Alio modo spiritusancto mouē
te et habito per gratiam in mente
et sic loquit apostolus in hoc loco
¶ Secunda questio ꝑsentis sermo
nis. Utrū videlicet ad idē det gra/
tia gratūfaciens: ⁊ grã gratis data

q Uerit a doctoribus circa
scdam partē epistole pre/
sentis. Utrū ad idē detur
gratia gratumfaciens: et
gratia gratis data? Et dicit Nico.
de lira ꝙ nō: quia gratia gratū fa/
ciens dat ꝓpter bonū illius cui da
tur: vꝫ vt eū dignū faciat vita beata

Gratia gratis data specialiter dat
ꝓpter bonū eccl'ie: et nō illius cui
dat: sicut donū ꝓphetie linguaruꝫ
et huiusmōi. Ad talē vtilitatē eccle/
sie tria requirunt. Primū facultas
loquendi: vel operandi: que habet
per grãꝫ qua qui predicat diuersa
idiomata loquit. miracula opera/
tur ⁊ huiusmodi: et hec malis ho//
minibus aliquādo dat. Unde sal/
uator math. vij. Multi dicēt in illa
die dñe. Nonne in nomie tuo pro
phetauimꝰ? et i noie tuo demonia
eiecimꝰ? ⁊ in noie tuo virtutes feci
mus? Et tūc cōfitebor illis: q: nūqꝫ
noui vos Discedite a me qui ope/
ramini iniquitateꝫ. Et de istis gra/
tijs ad vtilitatē eccl'ie datis. ait apl's
Diuisiones ꝟo gratiarū sunt: idem
aūt spūs: q: ꝑfectiōes q̄ sunt in crea
turis diuisim: in deo sunt ꝯiunctim
Scdm auctoritas q̄ habet p mini/
steriū: vt per apostolatū sacerdotiū
et hmōi. iō apl's dicit. Diuisiones
ministrationū sunt: idē aūt dñs cui
oia seruiūt. Tertiū operū executio
Et quantū ad hoc dicit: diuisiones
operationuꝫ sunt: quia vnus plus
alio operatur. Sicut paulus dicit.
j. corin. xv. Plus oibus laboraui.
Idem ꝟo deus qui operat omnia
in omnibus. Effectus enim prime
cause necessario requiritur in omni
effectu aliarum causarum.
¶ Tertia questio presentis sermo/
nis. Utruꝫ videlicet distinguantur
gratie ꝑm vtilitatem ecclesie.

q Uerit a doctoribus circa
tertiā partem pñtis epl'e:
quō gratie distinguant.
Et dicit Nico. de lira ꝙ
gratie gratis date: sicut dictum est.

dant ad vtilitatē ecclie: quod potissi me fit p doctrinā quātū ad ea que sunt fidei. Ad quod tria requirunt Primū quoꝝ est cognitio diuinorum. Ad quā cognitionē etiā tria sunt necessaria. s. fides que est certitudo inuisibiliū principiorū catholice doctrine. vt dr̄ ad hebre.xj. Fides est substātia sperandarū rerū argumentū nō apparentiū. i. certitudo nō euidentie: sed adherentie Inde phus dicit. Fides est ignote rei admiranda certitudo. Aliud necessariū est sermo sapientie: que est cognitio diuinoꝝ ex articulis fidei per cōclusiones sequentiū. Tertiū necessariū est sermo scientie que est effectiuū rerū humanarū. quia ad ro.j. dicit. Inuisibilia dei a creatura mundi p ea que facta sunt intellecta cōspiciunt. Scdm principale est ꝯfirmatio. s. diuinoꝝ. Ubi sciendū q̄ ea que sunt fidei confirmātur per ea que sunt diuine virtutis propria: vt sunt miracula: quorum aliqua ptinent ad salutē coporū: ꝛ sic est gratia sanitatū. Aliqua pertinent ad diuine potentie manifestationem. vt statio solis. ꝛ sic est operatio virtutū. Aliquod ptinet ad oculti reuelationē: ꝛ sic est ꝓphia: aliqđ ad cogitationū discretionē: ꝛ sic est discretio spirituū. Tertiū pncipale est ꝓnunciatio vel verborū ꝓlatio et sic sunt genera linguarū: et interpretatio sermonū. Et impugnans Apostolus errores gentilium qui plures deos ponebant ait: hec aūt oīa operatur vnus et idē spūs: diuidens singulis ꝓut vult. Quib⁹ verbis improbat superbia pharisei: et cōmendat humilitas publicani. luce.xix. sicut dicit euangeliū ibidē descriptū. Beatus ergo ille cui de⁹ gratiā cōfert ad malū vitandū: ꝛ bonum meritorie operandū: ꝛ fidē cōfirmandā: vt postmodū ad vitam eternā perducat et regnū eternum. Per christum dñm nostrū. Amen.

¶ Dominica.xj. post pentecostes de lege euāgelica. Sermo xxxviij.

FRatres notum facio vobis euangeliū quod predicaui vobis. j. ad corin.xv. ca. hec verba scribunt Pro exordio pñtis s̄mōis a doctorib⁹ q̄rit Utrū status legis euangelice sit pfectior oib⁹ aliȷs pñtis vite? Et dicit alex. de ales in.iij. pte. et. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q.cv. ar.iiij. q̄ sic. Primo quia tanto est vnūquodq̄ pfectius: quanto vltimo fini propinquius. sed nihil potest esse ꝓpinquius fini vltimo q̄ quod immediate in finē vltimū introducit. hec āt facit lex euāgelica: ĝ ꝛc. Scđo q: paulus ad hebreos.x. dicit. Habentes itaq̄ fratres fiduciam in introitū sctōꝝ in sanguine xp̄i: qui initiauit nob viā nouā attendamus ad eū. Tertio quia idē apl's ait verba ꝓposita pñtis epl'e declarande. ¶ In qua pro eius expositiōe sunt tres questiōes declarande. Prima quarū est de legis euangelice excellentia. Utrū lex euangelica sit aliȷs excellētior? Alia est de legis euāgelice cōtingētia: que vz sūt principaliora que cōtinent in euāgelio. ibi Tradidi eni Tertia est de legis euangelice efficacia Utrum lex euāgelica maiorem cōferat gratiā? ibi Gratia dei.

¶ Prima questio presentis sermo/
nis. Utrum lex euangelica sit alijs
excelentior et dignior?

q Ueritur a doctoribus cir
ca primā partē ep̄le Utrū
lex euangelica sit alijs ex
cellentior. Et dicūt alex.
et Nico. de lira ꝙ sic. propter. iiij.
Primo propter eius p̄dicatores q
fuerūt apl̄i. Et ideo dicit. Notū vo
bis facio euangeliū quod predica/
ui vobis: ego apl̄us: et similes mei
Unde rich. ait Ista a summe sctita
tis viris sunt nobis tradita Scđo
propter eius auditores qui ex mul
tis miraculis crediderūt. iuxta illō
math. vltimo. Illi autē profecti pre
dicauerunt vbiq̄ȝ domino coopera
te domino et sermonē confirmante
seq̄ntibꝰ signis. Deus aūt nō posset
esse testis falsitatis. Quod si aliq̄s
dixerit ꝙ sine miraculis crediderūt
Aug. ait. Maximū miraculū est ꝙ
tam ardua et inaudita et supra sen/
sum existentia: sine miraculis credi
derunt. Ne valet obstare de secta
Mahometi: que primo armis: de/
inde delitijs preualuit: promittens
obseruatoribus ea ad que proni sūt
carnales homines. Unde apl̄s ait
dicens de euangelio: quod accepi/
stis vȝ vos vt sapientes: quamuis
contineat ardua et non delicias.
Tertio ꝑpter eius effectus salu/
bres: vȝ gratie in p̄n̄ti: et gl̄ie in fu/
turo. Hinc dicit aplus. In quo et
statis in gr̄a: ꝑpter quā obtinebitis
gloriā. Quarto propter eius cōdi
tionem. Nā finis euangelij est sa/
lus. Unde dicit: ꝑpter quod salua/
mini: cum duabus ꝯditionibꝰ qua
rum vna est firma adhesio. non ra/
tionibꝰ humanis: sed auctoritatis
diuine: et miraculis. Alia est opera
tio. Quia iacobi. j. Fides sine opi/
bus mortua est. j. q. j. Ferr. de. peni.
di. ij. Si eni inquit. De sacra. vnc.
ca. vno. §. Quia vo. Hinc ait apl̄s
propter primū Qua ratiōe predica/
uerim vobis: si retinetis. ꝑpter se/
cundū dicit. Nisi frustra credidistis

Secunda questio presentis ser/
monis. Que videlicet sunt princi/
paliora que cōtinentur in euāgelio

q Uerit a doctoribus circa
secundā partē p̄n̄tis ep̄le
que sunt principaliora q̄
cōtinent in euāgelio. Et
dicūt alex. et s. tho. et Nico. de lira
vbi s. Quod licet vna lex in altera
contineat: sicut rota in medio rote
tamen lex euāgelica explicat vete/
rem: et potissime quo ad articulos
fidei: quos quilibet xp̄ianus tenet
scire: licet diuersimode: et quia ali/
quos tenent oēs habentes annos
discretionis explicite credere et cō
fiteri. ideo in scđa parte p̄n̄tis ep̄le
aliquos Paulus explicat dicens.
Tradidi eni vobis in primis. i. in
ter prima credenda: quia articuli fi
dei sunt principia ex quibꝰ alia cre
denda deducuntur: quod et accepi
vȝ a dn̄o: quod ⁊ tradidi vobis: q̄m
dn̄s iesus xp̄s mortuus est ꝑ pcīs
nostris s̄m scripturas. Un̄ esa. liij.
Propter scelus populi mei percus/
si eum. Et quia sepultus est: vt veri
tas mortis probaret: et quia resur/
rexit tertia die: et quia visus est ce
phe. vȝ petro Luce vltimo. et ioh.
xx. deinde visus est plusq̄ȝ quingē/
tis fratribus simul in galilea math
vltio. Ex quibus multi manēt vsq̄ȝ

adhuc. Quidã autẽ dormierunt. s. morte corpali spe resurrecturi. Deinde visus est iacobo: in die resurrectionis: vt quidã dicunt. Deinde aplis omnib⁹ math. vltimo. in die ascensionis. Nouissime aũt oium tanq̃ abortiuo. i. extra tempus nato: quia post aduentũ spũs. s. venit ad fidẽ: et violenter eductus ex vtero legis. actuũ. ix. Uel causa humilitatis vocat se abortiuũ. i. nõ pductum ad debitã quantitatem. s. perfectiõis: visus est et mihi. et addit. Ego autẽ sum minimus apostolorũ quoniã psecutus sum ecclĩam dei.

¶ Tertia questio presentis sermonis. Utrũ videlicet lex euangelica maiorẽ pferat gratiã q̃ lex moysi? q Ueritur a doctoribus circa tertiã partẽ psentis eple. Utrũ vz lex euangelica maiorẽ cõferat gratiã q̃ lex Moysi? Et dicit alex. de ales in iij. parte q sic: quia illa pmittebat: hec autẽ exhibet. Scdo q: paulus ij. corin. iij. dicit Lr̃a occidit spirit⁹ aũt viuificat. Ubi aug. de spũ ⁊ lr̃a dicit: per litterã nõ vult aliud intelligere apls: q̃ decalagũ i illis duabus tabulis scriptuz. Tertio quia paulus in hac tertia parte psentis epistole dicit. Gratia aũt dei: quã s. accepi in euangelio: sum id quod sum: et gratia ei⁹ in me vacua non fuit: que denotata est per digitos xp̃i quos posuit in auriculas surdi vt dicit euangeliũ hodiernũ math vij. descriptũ Felices ergo q hanc legem sequunt. Quia ioh. j. scriptũ est. Lex per moysen data est: Gr̃a et veritas per iesum christuz facta est. De pe. di. j. Libenter. Qui nõ venit soluere legem: sed adimplere Mathei. v. de 9se. di. iiij. Si quis. Igitur eum per hanc legem sequamur qui viuit ⁊ regnat de⁹ per omnia secula seculorum.

¶ Dñica. xij. post penthe. de gr̃a ⁊ libero arbitrio. Sermo. xxxix.

f Iduciaz talem habem⁹ per xp̃m ad deũ. ij. ad corin. iij. hec verba scribuntur. Pro exordio presentis sermonis a doctoribus querit. Utrũ homo possit se disponere ad aliquod bonum faciẽdũ sola potestate arbitrij sine gratia? Et dicunt btũs bonauen. Richar. et alij in. ij. sentẽ. di. xxviij. q nõ: quia ad hoc vt homo disponat se ad aliquod bonũ Primo requirit gratia. Unde bern. de libero arbitrio dicit. Gratia excitat liberum arbitriũ cũ seminat cogitatuz sanat cum mutat affectuz: roborat vt perducat ad actũ: seruat ne sentiat defectũ. Aliud quod requiritur est cõsensus arbitrij. Unde prouer. xvj. di. Bonũ est animũ pparare Et quia homo nõ potest se pparare ad aliquod bonũ: nisi iuuetur a gratia. Ideo apls ait verda proposita presentis epistole declarãde. ¶ In qua pro eius expositione tres sunt questiões declarãde. Prima quarum est de liberi arbitrij defectione Utrũ videlicet homo liberi arbitrij potestate possit cogitare velle vl' facere aliquod bonũ sine auxilio diuine gr̃e? Alia est de liberi arbitrij auxiliatiõe. Utrũ vz magis liberũ arbitriũ iuuet diuina gr̃a per aduẽ

tum christi. ibi. qui nos fecit idone os. Tertia est liberi arbitrij vltima perfectione. Utrũ videlicet homo absq; gratia sola potestate liberi arbitrij possit mereri vitam eternã ibi. q; si ministratio.

¶ Prima questio presentis sermonis. Utrũ homo liberi arbitrij potestate possit cogitare velle vel facere aliquod bonum sine gratia?

q Uerit a doctoribus circa primã parte p̃ntis epistole Utrũ homo sola potestate arbitrij posset cogitare: et velle vel facere aliquod bonum sine gratia? Et dicit s. tho. in prima parte. ij. q. cviij. arti. ij. q; nõ Primo q: hõ in statu nature corrupte: indiget auxilio diuine gratie quantum ad tria. Primo vt sanet quia propter pctm̃ tota natura est corrupta. Scdo indiget vt moueatur ad bene agendũ. Tertio q; bonum operetur quod est meritorium

Secundo principaliter quia paulus ad Ro. ix. dicit. Nõ est volẽtis neq; currentis: sed miserentis dei. Et clarius aug. de correctiõe ⁊ gr̃a dicit. Sine gr̃a nullũ ꝓrsus siue cogitando: siue volendo et amando: siue agendo: faciũt hoies bonum. Tertio quia dicit apl'us in prima parte huius ep'le. Fiduciã talẽ habemus ad deũ qui est vnus in substantia: ⁊ trinus in ꝑsonis. per xp̃m vz per xp̃i gratiam. Non q; simus sufficientes cogitare aliquid a nobis. s. meritorie: tanq̃ ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est.

¶ Secunda questio presentis sermonis. Utrũ per aduentũ xp̃i magis iuuet diuia gr̃a liberũ arbitriũ

q Uerit a doctoribus circa secundã parte epistole p̃sentis. Utrum per aduentum xp̃i magis iuuet diuina gratia liberũ arbitriũ. Et dicũt q; sic. Ad quod declarandum sunt aliqua notanda. Primo q; duplex est testamentũ. vz Moysi quod est vetus: et christi q̃d est nouũ in quo mitigata cõmutata terminata ⁊ cõsũmata est virtus veteris testamẽti. Nam cerimonialia sunt penit⁹ terminata: iudicialia mitigata: sacramẽtalia cõmutata. in numero pauciora: faciliora et fructu ampliora Moralia sũt declarata math. v. Et hoc testamentũ nouũ stabile ⁊ solidũ vt ait apl's ad hebre. ix. Morte xp̃i ꝯsumatũ est sp̃ũscõ de celo misso. Scdo notãdũ q; hui⁹ testamẽti auctor ẽ xp̃s: in q̃ penitẽtib⁹ largit venia ꝑficientibus gl'ia: trãsgressoribus gehẽna: heredes sunt oẽs electi: publicatores sunt apl'i: testes sũt angeli: sigilla sunt christi passio: et oium martyrũ: miraculaq; sctõꝝ.

Tertio nota q; hoc testamentũ dicit lex. Tũ q: cõtinet noua p̃cepta. Math. v. ca. Diligite inimicos vestros. Tum q: cõtinet noua cõsilia matth. xix. Si vis ꝑfectus esse. Tũ quia cõtinet noua sacramẽta. vz baptismi Joh. iij. ⁊ eucharistie. math xxvj. Tum quia cõtinet noua legata. nã vetus ꝓmittit terrena. Esa. j Si audieritis me: bona terre comedetis. Nouum v̄o ꝓmitit celestia. math. v. Bti paupes. xxiij. q. iiij. § Ex his. Quarto notãdũ q; hec duo testamẽta differũt per differentias obscuritatis et claritatis. Uñ apl's in hoc capitulo p̃ntis epistole dicit

Usq3 in hodiernū diē velamē manet in lectione veteris testamenti: & infra. Nos aūt reuelata facie gl'iā3 dñi speculātes. vñ ad ro.viij. Non accepistis spm̄ huitutis & alia Differūt p differētias grauitatis & leuitatis. Unde de primo Actutū.v.dr Neq3 nos neq3 patres nr̄i portare potuimus. De secūdo math.xj.ait xp̄us. Jugum eni meū suaue est:et onus meū leue. Differūt per differentias carnalitatis & spūalitatis. Unde ad ro.viij. Lex spirit' vite in xp̄o iesu. Et dr lex moysi lex carnis nō in se:sed quantū ad iudeos carnales:qui accipiebant quandā occasionē peccandi et cōcupiscendi a lege:quāuis in se esset sancta iusta et bona:quia a deo data:et oīs boni figuratiua. Unde paulus ad ro. vj. Occasione accepta per mandatum peccatū operatū est omnē concupiscentiā. Quinto notandu3 q̄ sicut iudei erant ministri veteris testamenti. ita tamen q̄ essent circumcisi:ita xp̄iani sunt ministri noui' testamēti: ita tñ q̄ sint baptisati in quo baptismo recipiūt gratiam. Unde per aduentū xp̄i liberū arbitriū magis iuuat. ideo dicit apl'us. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti: nō litera: sed spū. Quia nouū testamentū nō fuit datum apl'is per scripturā: sed per infusionem spūsancti eorū corda illuminantis per cognitionē veritatis & affectū iflamātis per ardorē charitatis. Litera eni occidit quia vet' testamtnū peccati cognitionē dabat:nō tamē gratiā cōferebat: & sic occasionaliter concupiscentia3 augebat ex malicia humana que niti tur invetitū:et sic peccatū quod occidit inducebat. Ad ro.vj. Spirit' autē in quo data est lex viuificat.

¶ Tertia questio p̄sentis sermonis Utrum v3 sine gratia:sola potestate arbitrij possit homo sibi mereri vitam eternam

q Uerif a doctoribus circa tertiā partē ep'le. Utrum sine gratia sola potestate arbitrij possit homo sibi mereri vitam eternā. Et dicit Alex. in tertia parte: et sctūs Tho.j.2e. q.cviij.ar.v.q̄ non. Primo q2 vita eterna est finis excedens humane nature proportiones: Et ideo hō per sua naturalia nō potest p̄ducere opa meritoria vite eterne. Sed ad hoc exigitur altior virt':sicut est virtus gratie: Et hec est ratio Augu. cōtra pelagianos. Secundo quia paulus ad Ro.vj.dicit. Gr̄a dei vita eterna. Ubi glo. hoc dixit apl'us: vt intelligeremus deū ad eternā vitam sua miseratione nos p̄ducere. Tertio quia dicit apl'us Qd̄ si ministratio mortis.i.testamētū vetus eo modo quo dictū ē :i litteris deformata in lapidib'.i.in tabulis lapideis fuit in gl'ia.i.in reuerentia maxima. ita vt non possent intendere filij isrl' in faciē Moysi p̄pter gl'iam vultus eius:a quo exibat quidā radij sursum p̄cedentes angulariter in figura cornuum:que euacuatur. Exo.xxiiij.ca.q̄nto magis ministratio spūs noue legis erit in gl'ia: suple per gr̄am quā samaritan' ostendit plagis sauciato. vt euangelium hodiernū Luce.x.descriptū manifestat:& nobis libero arbitrio desti

tutis z gr̃a subleuatis finaliter cōcedat per infinita secula sclo*. Amē.

¶ Dominica.xiij. post pentheco/stes. De lege euāgelica Sermo.xl.

a Brae dicte sūt ꝑmissiōes z semi eius Ad Gala.iij.ca. hec ꝟba scribūt. Pro exordio pn̄tis ſmōis a doctorib⁹ querit. Utrū lex euāgelica sit antiq̄or lege moy/si. Et dicit Nico. de lyra ꝙ sic. Qd̄ probat tripliciter. Primo ratiōe iustificatiōis: q: abraā an̄ legē fuit iust⁹ z nō nisi merito fidei sue i lege xp̄i: ergo zc̄. Un̄ gen̄.xv. dicit. Credidit abraam deo: z reputatū est ei ad iusticiā. Secūdo ratione bn̄dictionis: q: Gen̄.xxij. dicit. In semine tuo benedicent omnes gentes. Tertio ratione promissionis. Nā multa ꝑmisit de⁹ abrae: et non nisi lege euangelij. vt p ta hereditatis successionē. Gen̄.xv. que adimpleta est in iesu Luce.ij. vbi dicit. Et regnabit in domo iacob in eternum. Et seminis multiplicationez. Gen̄. xxij. que ipleta est in xp̄ianis. Hic dicit paulus in pn̄ti ep̄la. In semine tuo quod est xp̄s. In hac igitur ep̄l'a pro ei⁹ expositione tres questiones declarāde sūt. Prima quarum est de legis euangelice stabilitate. Utrum vz sit stabilior lege Mosaica. Alia est de legis euāgeltce nobilitate. Utrū vz sit nobilior. Alia est de legis euangelice vtilitate. Utrū vz sit vtilior. Scd̄a ibi. Quid igit lex. Tertia ibi. lex ꝯ aduersus.

¶ Prima questio pn̄tis sermonis. Utrū vz lex euangelica sit stabilior lege mosaica scd̄m scripturas.

q Ueritur a doctorib⁹ circa primam partē pn̄tis ep̄le. Utrum vz lex euāgelica vel fides xp̄i sit stabilior lege moysi. Et dicūt ꝙ sic. Primo ratione promissionis que facta est Abel. Enoch. Abrae. Saray. Joseph. Isaac. Moysi. Et tandez ab Adam vsq₃ ad diē iudicij nemo esse potest in statu salutis: nisi in fide mediatoris. Secūdo ratione iuramēti firmationis: quia talis promissio iuramento firmata est. Un̄ Gen̄.xxij. dicit dn̄s. Per memetip̄m iuraui dicit dn̄s: quia fecisti rez hanc zc̄. Et luce.j. Iusiurandū quod iurauit ad Abraam patrē nr̄m. Tertio ratiōe euacuationis. Quia lex postea data nō euacuauit hanc ꝑmissionē legis et fidei dn̄i nr̄i iesu xp̄i: aliter hereditas glorie nō esset ex ꝑmissione. z sic qui fuerūt ante legē nō haberent hereditatē. Cum tamen xp̄s dicat Math.xxij. adducēs illd̄ exo. iij.ca. Ego sum deus Abraā: deus Isaac: deus Jacob. Non est deus mortuo*: sed viuo*: Et nō viuunt illi vita nature: ergo vita gratie et gl̄ie. Et Math.viij. di. Uenient multi ex gentibus z recūbet cū Abraaz Isaac: z iacob. Dicit ergo paulus Abrae facte sunt repromissiones: z semini ei⁹. Nō dicit in seminib⁹: quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo: qd̄ est xp̄s. hoc aūt testamentū cōfirmatū a deo q̄ post quadringentos et triginta annos facta est lex. vz data in mōte sinay nō irritū facit ad euacuādū ꝑmisionē patrū. Nā si ex lege hereditas: supple iaz nō ex ꝑmissione vz esset. Abrae autē p repromissionē donauit de⁹.

¶Questio secūda pñtis sermonis. Utrum vz lex et fides euangelica sit nobilior et perfectior lege moysi?

q Ueritur a doctorib⁹ circa scd̄am partē ep̄le. Utruz lex et fides xp̄i sit nobilior et perfectior lege moysi: Et dicunt q̄ sic. Primo ꝑpter euacuationē: quia lex moysi nō euacuauit ꝑmissionez vt dictū est: s; ꝑmissio euacuauit legez: cū sit perfecta siue impleta. Fuit autē cōpleta cū venit in mundū illud semē ꝑmissum. Secundo ꝑpter expectationē: q: dicit ap̄ls. Quid igitur lex: et ait primo ꝑpter ppl̄i punitionē dicens: ꝑpter transgressores posita est. Scd̄o ꝑpter figurationē: quia erat vmbra legis xp̄i. Tertio ꝑpter ppl̄i erudítionē: vt remediū pc̄ti flagitarent Ideo cōcludit ap̄ls: donec veniret semen cui promiserat: q̄d cōueniret ppl̄m de ignorantia quā habuit tēpore legis nature: qñ nec morbum nec medicum cognoscebant. Et de impotentia t̄pe legis scripte: qñ nec saluari poterat. vnde tempus expectatum expeteret: dicens cū dauid. Ostende nobis dñe misericordiaz tuam Tertio lex xp̄i nobilior et perfectior est ꝑpter ordinationē: quia lex Moysi ordinata est: vt dicit ap̄lus: nō immediate a deo: sed ꝑ angelos vel per angelū vt dicitur actu. ij. sed ad quid in manu mediatoris. i. in potestate xp̄i qui est mediator. Mediator aūt. i. xp̄s non est vnius nature sc; q: deus est homo: deus aūt vnus est: et ideo non mediator dei et hominū: sed christ⁹ deus et homo. ¶ Tertia q̄o pñtis sermōis. Utruz lex et fides xp̄i sit vtilior lege moysi

q Uerif a doctoribus circa tertiā partē ep̄le. Utrū vz lex et fides xp̄i sit vtilior lege moysi. Et dicunt q̄ sic. Q̄d probat tripliciter. Primo quia ꝑ legē nunquā fuit vita anime quia sacramēta illius legis nūquā ꝯferebāt gratiā sine qua nō est aie vita. Et si dicat de circūcisione: di q̄ circūcisio introduxit ad locū vbi est ꝑfectio vite: q̄uis circūcisio esset ex patrib⁹: et nō ex lege: vt di Joh. vij. Secūdo quia per legē nunquā fuit ꝑfecta iustitia. Uñ ap̄ls ad Ro iij. dicit. Ex opibus legis nō iustificabitur oīs caro. xj. q. ij. Que sunt Si eni per legē esset perfecta iustitia: ꝑ legē esset ꝑfecta vita. Tertio quia per fidē et legē xp̄i: est vera vita et ꝑ consequēs vera iustitia. Uñ ad Ro. iij. paulus ait. Justitia dei per fidem in oēs: et sup omnes gentes: qui credunt in eū. De conse. di. iiij. Si quis autē. Ait ergo ap̄lus. Lex ergo aduersus ꝑmissa dei. i. contra absit. Si eni data esset lex que posset iustificare vere ex lege esset iustitia. sed cōclusit scriptura omnia sub peccato: q: lex ostendebat hominē peccatorē nec mūdabat. vt ꝑmissio vz iustitie ex fide iesu xp̄i daret credentibus. Et ideo xp̄s dixit leprosis vt ponit in euangelio hodierno Luce. xvij. descripto. Ite ostendite vos sacerdotib⁹: quia ipsi poterant ex lege infirmitatē cognoscere: sed nō sanare. Fides aūt vos mūdabit. Math. xv. de ꝯsecra. di. iiij. Uerus. Unde dum irent mundati sunt. per christum dominū nostrum. Amē. ¶ Dñica. xiiij. post penthe. De pugna spūali: vl' spūs cū carne. ser. x.

Spiritu ambulate et desidria carnis nõ perficietis. Ad Gala.v.hec verba scribuntur. Pro exordio pñtis sermõis a doctoribus querit. Utrum idem opus bonũ sit libero arbitrio ⁊ grã Et dicit Richar. in.ij.sententiarũ di.xxvj.tres ↄclusiões. Prima est ꝙ gratia velut vnũ efficiens instrumentale mouet liberũ arbitriuꝫ ad bonũ voluntatis actũ: qꝛ spũsſctũs tanquã principale agẽs ꝑ suã influentiã que est gr̃a: tanquã per instrumentale efficiens causat in libero arbitrio quãdã inclinationẽ ad bonum volũtatis actũ: que inclinatio est quedã dispositio in eligẽdo actũ bonũ: ⁊ liberũ arbitriũ est passiuuꝫ tantũ. Uñ Aug. de libero arbitrio ⁊ gratia dicit Deꝰ ꝑparat volũtatẽ: ⁊ cooperando ꝑficit: qđ operandũ incipit. Alia ↄclusio ꝙ talis gr̃a per forme modũ mouet liberũ arbitriũ sicut anima mouet corpus ad opus bonũ meritoriũ: qꝛ sine ea liberu arbitriũ nõ poterat se mouere. Unde augu. ibidẽ Ut velimus sine nobis deus opatur: cũ aũt volumus ⁊ sic volumus vt faciamus nobiscũ opatur. Tertia ↄclusio ꝙ idẽ opus bonum est per gr̃am ⁊ liberũ arbitriũ. Unde Ber. de libero arbitrio dicit A sola gratia ceptum est: quod ab vtroqꝫ perficit. Uñ pl's dicit. Spũ ambulate: vꝫ sanctoꝝm eius gr̃am ⁊ regulã euangelij: ⁊ desideria carnis nõ perficietis: qꝛ cũ impossibile sit quin caro multa desideret: tñ adiutorio gratie spũs sc̃ti: talia desideria opere non implebitis. In qua ep'la pro eiꝰ expositione tres questiones sunt declarãde. Prima quarum est de pugna carnis et spũs exhortatione. Utrum vꝫ sit necessaria exhortatio circa temtationẽ carnis Alia est de pugne carnis et spiritꝰ explicatiõe: que vꝫ sunt arma spũs ⁊ carnis. ibi. manifesta sũt. Tertia est de pugne huius victoriali ↄuersatione. quomodo. s. homo in hac vita ↄuersando potest ꝑ spm̃ de carne triumphalem victoriaꝫ habere. ibi. qui autem sunt christi.

Prima questio pñtis sermonis. Utrum vꝫ sit necessaria exhortatio contra temtationem carnis.

Querit a doctoribus circa primam partẽ ep'e. Utrũ sit necessaria exhortatio ↄtra temptationẽ carnis Et dicunt ꝙ sic ꝑpter tria. Primo ꝑpter exemplaritatẽ. Nã ap's dat exemplũ huiusmodi dicẽs. Spiritu ambulate. ⁊c. Quia vt ait aplus. j. ad Corin. iij. vbi spũs: ibi libertas. xix. q. ij. due sunt. xxiij. q. vj. §. Ex his. de renunciat. nisi cum pridem. de regula. licet. Secundo propter difficultatẽ. Unde dicit apostolus. Caro eni concupiscit aduersus spiritũ: ⁊ spũs aduersus carnem. s. hominem exteriorẽ. Hec eni sibi inuicem aduersant: vt non quecũqꝫ vultis: illa faciatis. Nam pugna talis grauissima est. Nam hugo libro. j. de sacramẽtis parte. vij. ca. ix. dicit Temptatio carnis difficilius vincitur. Hinc aplus de tali pugna ad Ro. vij. conquerit dicens. Miser ego: qs me liberabit de corpe mortis huius. xxxij. q. v. Si paulus. ꝙ sic necessaria est exhortatio. Tertio

propter vtilitatē. Unde aplus. q si spiritu ducimini non estis sub lege: vz concupiscentie que fm magistrum sententiarū di.xxvj.ij.libri dicitur languor nature: vel lex membrorum vel tyrannus: vel lex carnis.xix.q.ij. Due sunt.

¶ Secunda questio pn̄tis sermōis que vz sunt arma hui⁹ pugne inter spiritum ꝛ miserrimā carnem.

q Uerit a doctoribus circa scd̄am partem pn̄tis eple: Que sunt arma huius pugne inter spiritū ꝛ carnē? Et dicunt alex. de ales: ꝛ Nico.de lyra super hanc eplam: q arma carnis sunt eius opa ad que ipsa inclinat.puta luxurie et gule. Hinc apostolus ait. Manifesta sunt opa carnis: q: sunt sensibilia que sunt fornicatio: quantum ad concubitū soluti cuz soluta: immūdicia: quantū ad vicium contra naturā: Impudicicia: quantū ad exteriorē inhonestatē in aspectu: gestu ꝛ huiusmoi. Luxuria nomen est generale: ad quod oia reducunt. Idolorū seruitus que solet sequi ad luxuriā: vt patet.iij.Re.xj. de salomone Ueneficia.i.sacrilegia que fieri solent ratiōe libidinis Inimicicie latentes in aio: vt patet de absalone.ij. Regū.xiiij. contra Amon. Contētiones: in verbis clamorosis. Emulationes in verbis pungitiuis.ire: in vindicandi appetitu. Rixe: in vindicandi actu. Dissensiones: qn̄ incipiunt fieri partes Secte: qn̄ sunt firmate: inuidie in aio. homicidia in facto: Quātū ad gulā sunt. Ebrietates.i.potus extra mensurā rationis. Cōmessationes in ordinationes circa cibū: ꝛ his similia: ad que prona est caro: sicut nimia mollicies lectorū. balneorū ꝛ huiusmodi: que predico vobis an̄ iudiciū: sicut predixi: q: tunc penitere nō poteritis: qm̄ qui talia agunt regnum dei non ꝯsequunt: contra errores dicentium: q post curricula temporū saluabunt. Arma vero spiritus sunt.xij.fructus ei⁹ suaues. Primo charitas radix affectionū. Charitas eni diffusa est in cordib⁹ nr̄is: per spiritum sanctū ad Ro.v. Secundo gaudiū quod est de pn̄tia amati.j. Joh.iiij. Qui manet in charitate: in deo manet. Tertio pax in oibus: sine qua nō esset perfectum gaudium. Quarto patientia contra aduersa. Quinto longanimitas: vt i expectatiōe futurorū nō sit cōturbatio. Sexto bonitas quātum ad voluntatem erga proxmū. Septimo benignitas: quantū ad executionē operuz. Octauo mansuetudo: quātū ad ire mitigationē Nono fides quo ad diuina. Decimo modestia in omibus modū seruando. Undecimo cōtinētia: vincendo cōcupiscentias fortes. Duodecimo castitas nec illas patiendo Aduersus huiusmodi non est lex: videlicet carnis: quia sunt duodecim fructus ligni vite.

¶ Questio tertia presentis sermonis quomodo videlicet homo potet triumphaliter de carne victoriā habere et obtinere.

q Uerit a doctoribus circa tertiā partē p̄sentis s̄mo nis. Quomōvz hō potest triumphaliter de carne vi

ctoriā obtinere: Et dicit breuissime Nico. de lyra: q hoc pōt homo carnem crucis pñia affligēdo clauisq3 cōclauādo pceptis iusticie cū gratia spūs. Uñ ait apl's. Qui xpi sunt carnē suā crucifixerūt cū vitijs z cōcupiscentijs. Hinc ad Ro. xiij. Carnis curā ne feceritis. De cōse. di. v. Non mediocriter. Quia nemo pōt duobus dominis seruire: vt dic euāgeliū hodiernū Mathei. vj. descriptū. Querite ergo primū regnū dei ad quod p victoriā spiritus pducat nos dñs. Amen.

¶ Dñica. xv post pēthe. de institutiōe z doctria xpiana. Sermo. xlij.

Spiritu vi uimus: spiritu z ambulemus. Nō efficiamur inanis glie cupidi. ad Gala. vj. ca. hec verba scribūr. Pro exordio p̄sentis sermonis a doctoribus querit. Utrū in vita xpianoz cupiditas glorie sit maximum peccatoz atq3 pncipiū. Et dicit Alex. de ales: z Nico. de lyra q sic. Primo ratione vane considerationis: quia cōsiderando res quarū homines sunt glorie cupidi: in eis nō inuenit nisi vanitas. Nam alij gloriātur in diuitijs: de quibus in psal. di: Qui cōfidunt in virtute sua: z in mltitudine diuitiarū suarū gloriantur. Aliqui gloriant in delitijs. De quibus ad philip. iij. dicit. Quoz deus venter est: z gloria in cōfusione eoz qui terrena sapiūt. Aliqui gloriant in excellentijs: sicut arsaphaxat rex medorū de quo iudith. j. dicit. Gloriabat quasi potēs in potētia sua: et in gloria quadrigarū suarū. Aliqui gloriant in malicijs. Unde in psal. Quid gloriaris in malitia. Hec aūt oia vana sunt: et nihil ex eis remanet: nisi reatus ad penā. Scdo ratione maloz multorū productionis Nam ex hac cupiditate glorie multa prouenīūt mala: et prouenerunt Ea enim primus angelus de celo piectus est Esa. xiiij. Primi parētes delecti sunt de paradiso voluptatis Geñ. iij. Saul pdidit regnū. j. Re. xiiij. Nabuchodonosor effectus est sicut bestia Daniel. iiij. Amā suspēsus est. Phariseus reprobatus est. Luce. xviij. Tertio ratione doctrinationis. Nam Jere. iiij. dicit. Nō glorief diues in diuitijs suis: nec sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua. Sed qui gloriat in hoc glorief. s. scire et nosse me. Et apl'us dicit verba pposita p̄sentis epl'e. Jn qua pro eius expositione tres q̄stiones declarande sunt. Prima quarū est de doctrina p̄latorū: quomō instruēdi sunt p̄lati. Alia est de doctrina subditoz: quomō vz instruendi sunt subditi. ibi. cōicet aūt Tertia est de doctrina cōi omnium quomō. s. oēs cōmuniter instruēdi sunt. ibi. Que enim.

¶ Prima questio p̄sentis sermōis: Quomodo instruēdi sunt superiores maiores: atq3 doctrinādi p̄lati.

Uerit a doctoribus circa primā partē p̄sentis epl'e Quomō instruendi sunt superiores z p̄lati. Et dicunt q triplici doctrina: vt de reliquis taceamus. Prima quarū est apl'i in pñtiarū: vbi tres doctrinas pulcherrimas dat superioribus z p̄latis. Prima est gratie: dicēs. Si

pꝛo quia:spiritu.i.gratia spirit⁹ san
cti viuimus:tanq̃ maioꝛes ⁊ pꝛela
ti:spiritu ⁊ ambulem⁹: dādo bonū
exemplū subditis. Unde infert. Nō
efficiamur inanis gloꝛie cupidi:que
est pꝛincipiū tātoꝝ maloꝝ: vt dictū
est:inuicē ꝓuocantes verbis inuiri
osis:sicut esau Jacob.inuicē inuidē
tes. Sicut cayn abel.⁊ dauid inui/
dia ꝑsecut⁹ est a saule. Alia est culpe
dices: Fratres:⁊ si ꝑ̃occupatus fuerit
homo in aliquo delicto:vos qui spi
rituales estis.i. esse debetis huius/
modi instruite.i. ad bonū reducite
in spiritu lenitatis: ⁊ in mansuetudi
ne. Peccātes enim ex certa malitia
acriter sunt puniendi: sicut petrus
puniuit ananiā. Actu.v. Conside/
rans teip̃m: ne ⁊ tu tenteris. Unde
maioꝛes debēt sustentare onera sub
ditoꝝ. Unde Grego.in moꝛalibus.
Pꝛinceps greco eloquio. basileos
.i. basis populi dicit. Sicut eni ba/
sis totuꝫ edificiū sustinet: ita maioꝛ
fragilitatē omnē subditoꝝ. Tertia
est pene dicens. Alter alterius one
ra poꝛtate. quantomagis superio/
res ⁊ pꝛelati:⁊ sic adimplebitis legē
chꝛisti.que dicit Jo.xv. Hoc est pꝛe
ceptū meū vt diligatis inuicē. Naꝫ
si q̇s existimat se aliquid esse.i. ma/
gnum:cū nihil sit scꝫ nisi vanitas:
ipse se seducit. Opus autē suum pꝛo
bet vnusquisq;:vꝫ diligenter exami
net:⁊ tūc in semetipso habebit glo/
riam:vꝫ testimonio cōscientie:⁊ nō
in altero:videlꝫ falsa laude alteri⁹.
Unusquisq; eni' onus suū poꝛtabit
Et tamē vt dicit grego. in pastoꝛa.
pꝛelati tot moꝛtib⁹ digni sūt quot
ad subditos ꝑditiōis exempla trās/
mittūt. Alia ṗncipalis doctrina est
Gregoꝛij in pastoꝛali dicēs. Sit re/
cto ꝛ cogitatione mūdus: actione
ṗcipuus: discretus in silētio: vtilis
in verbo:singulis per cōpassionem
ꝓximus: bene agentibus ꝑ humi/
litatē socius:pꝛe cunctis in cōtem/
platione suspēsus: interioꝝ curam
exterioꝛū occupatione nō minuēs
Exterioꝝ pꝛouidentiā interioꝝ sol/
licitudine nō relinquens. Tertia
ṗncipalis doctrina est ecclesie:que
dicit:q̄ ṗlatus debet coꝛrigere pec
cata subditoꝝ nō ex odio sed ex cha
ritate.xcvj.di.Otho. Et si negligit
peccat grauiter.lxxxvj. di. Nemo.
Et ca.erroꝛ. Nec debet eē remissus
xxiij.q.iiij. Est iniusta. Nec debet
esse crudelis.xxv.di. Licet.

¶ Questio scda ṗsentis sermonis:
Quomō vꝫ instruendi sunt subditi.

q Ueritur a doctoꝛibus circa
scdam partē ṗsentis ep̄le
Utrū subditi teneant obe
dire superioꝛibus ṗlatis:
Et dicit Alex.in tertia parte.⁊ san/
ctus tho.2ª.2ᵉ.q.c.iiij.ar.v.⁊ Nico
de lyra:q̄ sic:nisi pꝛecipiāt inhone
stum:⁊ cōtra deū.di.viij.que cōtra
moꝛes:nisi etiā ṗcipiant ꝯtra pꝛece
pta superioꝝ.xj.q.iij. Qui resistit: ⁊
nisi ṗcipiant que non possunt. Uñ
actuuꝫ.iiij.petrus dixit. Si iustum
est vos potius audire q̄ꝫ deū: iudi/
cate: hinc apl's instruēdo subditos
ait. Communicet autē is qui cathe
tizatur.i.instruit:verbo ei qui se ca/
thetizat in omnib⁹ bonis ⁊ nō ma/
lis Mathei.xiij. Quecūq; dixerint
vobis seruate ⁊ facite:scdm ṽo ope
ra eoꝝ nolite facere Et dicit in om̄i
bus bonis:quia ṗdicantes euāge/
lium de euāgelio debent viuere.j.

ad Corinthe.ix. Nolite errare scz
credẽdo ꝙ subditi nõ teneant obe/
dire maioribus: vel ministrare p̃di/
cantibus tẽporalia. Deus non irri
detur.s. talibus idest nõ decipitur.

¶ Queritur a doctoribus circa tertiã
partẽ sermonis: Quomodo oẽs in
struendi sunt atq; doctrinãdi.

q Ueritur a doctoribus circa
tertiã partẽ euangelizan
tis ep̃le. Quomõ oẽs cõ/
muniter instrnẽdi sũt: Et
dicunt scdm apl'm ꝙ triplici admo
nitione. Prima quarũ est genera
lis.di. Superiores debẽt subditos
leniter instruere: subditi ꝟo tenent
scdm ꝟba supioꝝ facere ⁊ eis tp̃alia
ministrare. Sed est ãmonitio snia ge
neralis. Quecũq; seminauerit ho/
mo: hec ⁊ metet.i.scdm differentiã
operũ ⁊ meritoꝝ erit differẽtia fru/
ctuũ et premioꝝ. Et hanc sniam de
clarat dicens. Quoniã qui seminat
in carne sua: vz operando: facta car
nalia: de carne metet corruptionez
.i. de factis eius ad litterã. sicut he/
rodes: vel vt dicit ad Ro.viij. Si se
cundũ carnẽ vixeritis moriemini.
vt diues epulo Luce.xvj. Qui autẽ
semiat in spiritu de spiritu et metet
vitã eternã. Iuxta illud ad Ro.viij
Stipendia peccati mors. gr̃a dei vi
ta eterna. Alia admonitio est vni/
uersalis: di. Bonũ autẽ faciẽtes nõ
deficiamus: quia tẽpore suo mete/
mus: vz post mortẽ vel in die iudicij
Nam mathei.x. scriptũ est. Qui p/
seuerauerit vsq; in finez hic saluus
erit. De pe.di.ij. nõ reuertebantur.
Alia admonitio ẽ valde singl'aris
di. Ergo dum tẽpus habemus ope
remur bonum ad oẽs maxime aũt
ad domesticos fidei. Sicut xp̃s cõ/
passus est vidue vt dicit euangeliũ
hodiernũ Luce.vij. descriptũ. Quẽ
oremus vt nobis cõpatiendo in p̃/
senti donet gratiam ⁊ in futuro glo
riam. Amen.

¶ Dñica.xvj. post penthe. de virtu
te pseuerantie. Sermo.xliij.

o Bsecro vos
ne deficiatis in tribula
tionibus. Ad ephe.iij.
ca. hec verba scribunt.
Pro exordio p̃sentis sermõis a do/
ctoribus querit. Utrũ cõstantia p/
tineat ad pseuerantiã. Et dicit scũs
Tho.2ª.2ᵉ.q.cxxxvij.ar.iij. ꝙ sic.
Quia ad vtrãq; pertinet firmiter cõ
sistere in aliquo bono perseuerãtia
ꝟo hoc facit ꝯtra difficultatẽ q̃ pro
uenit ex diuturnitate actus: constã
tia vero est cõtra difficultatẽ: que p
uenit ex alijs exterioribꝰ impedimẽ
tis. Et ideo Paulus vt ephesij eẽnt
cõstantes in aduersis: ⁊ ne deficerẽt
a fide: quia ipse erat in vinculis ait
verba ꝓposita. Obsecro vos ne de
ficiatis in tribulatiõibus meis. In
qua quidẽ ep̃la pro eius expositiõe
tres questiões sunt declarãde Qua
rum p̃ma est de pseuerantie digni/
tate. Utrũ vz sit virtus? Alia est de
pseuerantie qualitate: Utrũ vz pse/
uerantia indiget auxilio gratie: ibi
huius rei gratia Tertia est de per/
seuerantie decorabilitate. Utrũ vz
pro ea teneat homo deo ad gratia
rum actiões. ibi. ei aũt q potens est
¶ Questio prima p̃sentis sermõis
Utrũ pseuerantia sit virtus.

q Uerif a doctoribus circa primã partẽ p̄sentis ep̄le. Utrũ p̄seuerãtia sit virtus Et dicit Thomas 2ª 2ᵉ.q. cxxxvij.ar.j.q̄ sic. Quia s̄m p̄hum ij.phicorum. virtus est circa diffi/le et bonum: et quia diu insistere ali/cui difficili bono specialẽ difficulta tem habet. ideo diu p̄sistere in aliq̄ bono vsq3 ad cõsumationẽ pertinet ad specialẽ virtutẽ. Unde perseueran tia est specialis virtus ad quã perti net in omnibus operibus virtuosis diuturnitatẽ sustinere prout necesse est. Unde paulus ait. Obsecro vos idest p sacra oro: ne deficiatis in tri bulationib⁹ meis.i.ne territi p̄pter tribulationes meas in bono defici atis: pro vobis.i.quas sustineo: eo q̄ p̄dicaui vobis: et vt exemplũ pa/tientie dem vobis que est gloria ve stra.i.meritum glorie vestre.

¶ Questio scd̄a p̄sentis sermonis vtrum videlicz p̄seuerãtia indigeat auxilio gratie.

q Uerif a doctoribus circa scd̄am partẽ p̄sentis ep̄le Utrũ p̄seuerantia indige at auxilio gratie Et dicit scũs Tho.2ª 2ᵉ.q.cxxxvij.ar.iiij.q̄ sic. Quia cũ liberũ arbitriũ de se sit vertibile: nõ solũ requirit gratiã ha bitualẽ: vt sic bonũ eligat: sed etiã auxiliũ actuale diuinũ: vt se immo/biliter in bono statuat. Unde aut acci piat perseuerantia pro habitu: aut p actu durante vsq3 ad mortẽ: semp indiget auxilio dei gr̄e. Hinc aug. in li.de p̄seuerantia dicit. Asserim⁹ donũ dei esse p̄seuerantiã: qua vsq3 in finẽ p̄seuerat in xp̄o. et p̄pterea paulus ait. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ dn̄i nostri iesu xp̄i: ex quo omnis paternitas in ce lo et in terra nominat: quia omnis creature emanatio est a deo primo s̄m eẽ nature. et sic dicat pater oim per creationẽ. Scd̄o s̄m esse gr̄e. et sic dicit pater angelorũ et hoim per adoptionẽ. Ipse etiã filius est a patre p eternã generationẽ. Unde ois paternitas ab ipso p̄re noiatur vt det vob s̄m diuitias gl̄ie sue vir tutẽ.vz p̄seuerãtie. corroborari per sp̄m ei⁹ in interiori hoie: habitare xp̄m per fidem in cordibus v̄ris: in charitate radicati et fundati vt possi tis cõprehẽdere cũ oibus sanctis: que sit latitudo.vz charitatis ad ini micos se extendẽtis. longitudo ad premiũ expectandũ: sublimitas ad deũ diligendũ: et p̄fundũ ad proxi/mis condescendendũ Scire etiam charitatẽ xp̄i.i.p quã vnimur xp̄o: supeminentẽ scientie.i.notitie.quã habemus de ipso: vt impleamini in oẽm plenitudinẽ dei.i.donis que ab ipso donantur cum charitate.

¶ Tertia questio p̄ntis sermonis Utrũ vz pro perseuerantia teneat homo deo ad gratiarum actiones.

q Uerif a doctoribus circa tertiam partẽ p̄ntis ep̄le. Utrũ homo per virtutem p̄seuerãtie habita teneat deo ad gratiarũ actiones. Et dicit scũs. Tho.2ª 2ᵉ.q.cvj. artic.iij. q̄ sic. Quia naturalis ordo requirit: vt qui suscipit beneficiũ.per gr̄arũ recompẽsationẽ conuertat ad bene factorẽ. Et q: deus est principalis benefactor oium: ideo recipiendo donũ perseuerãtie tenet homo ad deũ cõuerti p gratiarũ actiões. Hic

dyonisius.j.ca.de diuinis noibus
ait: Deus oia in se cõuertit tanq̃
oim causa. Et ꝓpterea ad Collo.
vltimo paulus ait: In oibus grãs
agite. Et in tertia parte huius eplẽ
dicit. Ei aũt qui potens est oia fa/
cere supabundãter q̃ȝ petimus aut
intelligimus. ẜm virtutẽ vȝ diuinã
que operaꝛ in nobis: q: virtus ꝑme
cause operaꝛ in oibus scdis agen/
tibus: ipsi glĩa. vȝ laus in ecclesia.
in xp̃o iesu. s. cõgregata. ⁊ in omẽs
generatiões seculi seculorũ. i. eter/
nals. Quia eius gloria maxime re/
lucet in ecclesia triũphante: de qua
dicitꝛ in psal. lxxxiij. Bti q habitãt
in domo tua in secula sclorũ lauda
bũt te. Ergo quisq̃ȝ vr̃m studeat in
bono ꝑseuerare. que talis ac tanta
virtus ẽ: ⁊ hoc cũ auxilio dei: a quo
omne bonũ est: sibi semꝑ referendo
gratias. vt: quod euangelium hodi
ernuȝ dicit Luce. xiiij. descriptũ: in
eterna glĩa nr̃m cuiq̃ȝ magno cum
gaudio dicat. Amice ascende supe/
rius: vbi semꝑ manere possimꝰ per
eterna secula seculorum. Amen.

¶ Dñica. xvij. post penthecostes
de pace ⁊ concordia ⁊ vnitate chri/
stianorum. Sermo. xliiij.

Bsecro vos
ego paulus vinctus in
dño: vt digne ambule
tis vocatione qua vo/
cati estis. ad Ephe. iiij. ca. hec ṽba
scribunꝛ. Pro exordio pñtis sermo
nis a doctoribus queritꝛ. Utrũ fun/
damentũ pacis ⁊ vnitas xp̃ianorũ
sit charitas. Et dicit alex. de ales: et
sctũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. xxiij. ar. j. q̃ sic.
Primo q: ẜm phĩlo. viij. ethicoꝝ.
Non quilibet amor dicitꝛ amicicie
sed amor qui est cum beniuolentia:
qñ vȝ amamus aliquem vt ei bonũ
velimus. Ridiculũ est enĩ dicere q̃
aliquis habeat amiciciã ad id cuiꝰ
bonũ velimus nobis: puta ad equũ
ad porcum: ad vinũ: ad huiusmodi
Reqritꝛ etiã ad amiciciã mutua be/
nignitas vel beniuolentia q̃ funda
tur suꝑ aliqua cõmunicatione. Cũ
igitꝛ sit aliqua cõmunicatio ad deũ
ẜm q̃ nobis suã fidẽ in hac vita cõ
municat: ⁊ suã btitudinẽ in alia cõ/
municat: suꝑ hac cõmunicatiõe oȝ
aliquã amiciciã fundari. De qua cõ
municatione dicit. j. Cor. i. fidelis
deus per quẽ vocati estis in societa
tem filij eius. Amor autem suꝑ hac
cõmunicatione fundatus est chari
tas. Uñ manifestũ est: q̃ charitas
est fundamentũ amicicie: pacis: et
vnionis. Secũdo quia ad Collo.
iij. aplũs ait. super oia habete chari
tatem que est vinculuȝ ꝑfectionis.
Tertio quia dicit verba ꝓposita
pñtis eplẽ declarande idem aplũs.
Obsecro vos. i. oro ꝑ sacra: ego vin/
ctus scȝ in carcere. in dño. i. propter
deũ: vt digne ambuletis: vocatiõe
qua vocati estis: vȝ in vnitate fidei
⁊ charitate. In qua eplã pro eiꝰ ex/
positione tres questiones ponende
sunt. Prima quarũ est de pacis et
vnionis xp̃ianoꝝ causalitate Utrũ
vȝ pax ⁊ vnio talis sit effectus cha/
ritatis. Alia est de pacis ⁊ vniõis
augmẽtabilitate. Utrũ vȝ sint ali/
que virtutes que habeãt agmẽtare
hanc pacẽ ⁊ vnionẽ. ibi. cum omni
humilitate. Tertia est de huiꝰ pa/
cis ⁊ vnionis firmabilitate. Utrũ vȝ
hec pax et vnio christianorũ firmẽ

tur aliquibus. Et que sunt illa. ibi. vnus deus. et alia.
Questio prima presentis sermonis Utrū videlicet pax et vnio xpianorum sit effectus charitatis.
q Queritur a doctoribus circa primā partē pn̄tis ep̄le Utrū pax et vnio xpianorū sit effectus charitatis. Et dicit Alexander. de ales et sctūs Tho. 2a 2e. q. xxix. articu. iij. q sic Primo q: pax et vnio xpianorū dicit vnionē oim ꝓpriorū appetituū in vnū: et hācvnionē facit charitas ſm q deus diligit ex toto corde: vt s. oia referamus in ipsum: et sic oēs appetitus nostri in vnum feruntur Scdo quia talis pax dicit vnionē appetitus ꝓprij cū appetitu alterius et hanc vnionē etiā facit charitas. prout diligimus proximū sicut nos Unde contingit q hō vult implere voluntatē proximi sicut et suiipsius Hinc phus. ix. Ethicorū: et Tulius de amicicia dicit. Amicorum est idem nolle et velle. Tertio. q: in psal. dr̄ pax multa dilligētibus legem tuam Quā cū oibus debemus habere vt ait aplūs ad Ro. xij. xj. q. iij. Inter vba. Et xp̄s venit hāc pacē docere Johis. xiiij. xij. q. j. nisi bella. Ad hanc hortatur apl̄s: dicens. Obsecro vos: et alia q̄ superius declarata sūt
Questio. ij. pn̄tis ſmōis Que virtutes sint: q̄ hāc pacē hēant augmētare
q Queritur a doctorib⁹: circa tertiam partē pn̄tis ep̄le: que sūt virtutes que hāc pacē et vnionē habeant augmētare. Et dicūt. q sunt iste de scripte. Prima quarū est hūilitas. Unde dicit apl̄s. Cū oi humilitate interiori et exteriori. q̄ quis se oib⁹ subdit. non solū superiori: verūetiā equali et inferiori. De q̄ dicit dn̄s Matth. iij. Decet nos iplere oēm iusticiā. vz perfectā hūilitatē. Alia est mansuetudo. de qua Jacobi. j. dicit. In mā suetudine suscipite insitum verbuz. Tertia est patientie. Unde aplus. Cū patientia supportantes inuicē. Et quia Jacobi. v. dicit: patiētia opus perfectū habet ideo addit. In charitate. Quia. j. ad Thimothe. j. Finis precepti est charitas. Solliciti obseruare vnitatem spūs. i. vnitatē ecclesiasticaz ſm glo. que est a spū sctō. in vinclo pacis. i. in charitate: que est vinculum pacis. De pe. di. ij. Charitas: Unū corpus et vnus spūs sicut vocati estis in vnaz spem vocationis vestre. videlicz ad vnā rem speratā que est finis vltimus.
Tertia questio presentis sermonis. Utrū hec pax firmetur aliquibus. et que sunt illa.
q Queritur a doctorib⁹ circa tertiam partē pn̄tis ep̄le. Utrū vz talis pax firmetur aliquibus. et que sunt illa Et dicunt q talis pax et vnio pmo firmatur vnitate domini. Quia apl̄s dicit vnus dn̄s: cui. s. seruire debent oēs christiani. Unde scisma potest ꝓuenire ex voluntate dn̄orū cōtraria volentiū. Scdo firmatur vnitate fidei. Quia dicit aplūs. Una fides quia licet sint articuli multi. tamen omēs innituntur veritati diuine. per quā eis assentimus que ē vna. Unde Dyonisius ait: Fides est circa simplicē et semp existentē veritatez. Et sicut ipsa est vna. Deutro. vj. Audi

israel. Dñs deus tuus vnus est: ita ipsa fides est vna. Tertio firmatur vnitate sacramēti. Quia dicit apl's vnū baptisma Quia licet sint multi ministri baptizantes exterius: tamē est vnus qui baptizat interius. vilz xp̄s Joh. j. Hic est qui baptizat in aqua ⁊ sanguine. de cōsecra. di. iiij. Baptismus. vnus deus ⁊ pr̄ oium per creationē qui est super oēs per excellentiā. et per oia: per generalem gubernationē: ⁊ in oibus nob per gratiā vnionis ⁊ pacis. quā seruare tenenł oēs xp̄ianī: nō solū propter ea que dicta sunt in expositione huius ep'le: sed etiam ꝑpter euāgeliū hodiernū Math. xxij. descriptum Quod loquił singulariter de charitate in maximo mandato qd̄ est fundamentū hui⁹ vnionis. Quā seruare concedat nobis altissimus

¶ Dñica. xviij. post penthecostes de gratijs agendis pro beneficijs receptis. Sermo. xlv.

GRatias ago deo meo semp̱ pro omnibus vobis. j. ad cor. j. hec verba scribuntur

Pro exordio pn̄tis sermonis queritur a doctoribus. Utrū magis teneatur innocens gratias: reddere deo q̄ȝ penitēs. Et dicit alexan. de ales et s. tho. 2ª 2ᵉ. q. cxvj. arti. ij. ꝙ sic. Primo ratione quantitatis dati. Quia maius donū ei dał a deo: et sic innocens magis teneł q̄ȝ penitens. Sed ratione gratitudinis magis teneł penitens: quia magis dał gratis illud quod ei dał a deo. Cū eni esset dignus penena: dał ei gratia. Unde augu. ij. Confess. ait. Gratie tue deputo et misericordie ꝙ peccata mea tanq̄ȝ glaciē soluisti Gratie tue deputo: quecūq̄ȝ feci nō mala. Et luce. vij. Cui plus dimittitur: pluȝ diligit. Extra de bapti. maiores. Et quia paulus fuerat eccl'ie ꝑsecutor. ⁊ corinthij. peccauerāt: ⁊ gratiam inuenerunt. ideo dic̄. Gratias ago deo meo semp̱ pro vobis ¶ In qua ep'la pro eius declaratione tres questiones declarāde sunt

Quarum prima est: de gratiarum actionuȝ obligatione. Utrū vȝ hō obligetur reddere gr̄as deo? Alia est de gratiarū actionū occasione. propter quod teneł homo reddere gratias deo. ibi. quia in omnibus.

Tertia est de gratiarū actionum humiliatione. Utrum videlicet ad reuerēdas gratias deo requiratur humilitas. ibi. Expectantibus reuelationem dn̄i nostri iesu christi.

¶ Questio prima presentis sermonis quare videlicet homo obligał reddere gratias deo?

QUerił a doctoribus circa ꝓmā ptē pn̄tis ep'le. Quare obligał homo ad referendum gratias deo? Et dicunt alex. de ales: et s. tho. 2ª 2ᵉ. q. cvij. arti. j. ⁊ ij. Quod debitū gratitudinis est quoddā debitū honestatis: quā virtus reqrit que diuersos gradus habet. Primus quorū est: ꝙ homo acceptum beneficiū recognoscat: quia grauissimū ingratitudinis pctm̄ est per obliuionē beneficiū nō cognoscere. Aliud est ꝙ laudes et gratias agat: q: satis graue est beneficiū dissimulare. Tertius est ꝙ retribuat pro loco et tp̄e

ꝺm suam facultaté. vñ manifestum
est ꝙ acipiens beneficiũ obligatur
reddere gratias deo: aliter faciens
ex negligentia vel ex aliqua indi/
spositione hois ad virtuté peccat
venialiter sed ex ɔtéptu peccat mor
taliter. et multo magis qui contra/
rium agit. Hinc paulus ait. Grati/
as ago deo meo semp. i. horis mi/
hi ad orandũ cógruis: et deputatis
pro vobis in gratia dei: q̃ data est
vobis in xp̃o iesu Nam ioh. j. dicit
De plenitudine eius omnes acce/
pimus. Gratia et veritas per iesum
xp̃m facta est. De pe. di. j. Libéter.
¶ Questio secunda presentis ser/
monis ꝓpter quod tenet homo red
dere gratias deo.

q Uerit a doctoribus circa
scd̃am parté pñtis sermo
nis et ep̃le. Propter qd̃
tenet homo reddere gra/
tias deo? Et dicũt sup̃scripti docto/
res: ꝙ ratiõe subtractionis benefi/
cij. Nã quãuis nó faciliter sit iudi/
canda ingratitudo. quia vt dicit.
Seneca. Frequenter aliquis est in
gratus: quia aliter non potest reco
gnoscere: tamen qñ ex pluribus be
neficijs homo fit magis ingratus:
sibi subtrahéda sunt beneficia. vn
de Math. xviij. Seruus propter in
gratitudiné traditus est tortoribus
De peni. di. iiij. In principio. ideo
paulus ait. Quia in oibus diuites
facti estis in illo. i. ꝓpter illũ. In oi
verbo vz linguarũ: ⁊ in omni scien
tia scripturarũ ad saluté ptinentiuz
sicut testimoniũ xp̃i confirmatũ est
in vobis. idest firmiter euangeliuz
radicatum. ita vt nihil desit vobis
in vlla gratia

¶ Questio tertia pñtis sermonis.
An ad referendũ gr̃as deo requira
tur humilitas velut v̾tus necessaria

q Uerit a doctoribus circa
tertiam parté ep̃le. Utrũ
ad referendum gr̃as deo
requirat humilitas velut
virtus necessaria? Et dicũt supradi
cti ꝙ sic. Primo vt dicit s. tho. 2ª 2ᵉ
q. clxj. ar. j. Qr sicut ad appetitũ bo
ni necessaria est vna virtus que fir
mat aium cótra desperationé: sicut
est magnanimitas. Ita est necessa/
ria alia virtus que refrenet animũ
ne imoderate tédat in illud. Et ista
est humilitas ⁊ quia referre gratias
deo est bonũ. ergo ⁊c. Scd̃o qr di/
cit greg. Humilitas est radix et cu/
stos oium virtutũ. Ideo. j. petri. v.
Humiliamini sub poténti manu dei
iij. q. j. Nulli. Tertio quia paulus
in hac tertia parte ad humiliandũ
corinthios pro quibus agebat gra
tias deo: inducit memoriã iudicij
dicens. Expectãtibus reuelationé
dñi nostri iesu christi. Ergo exem/
plo pauli cũ corinthijs agamᵘ gra/
tias deo de bñficijs receptis: sicut
tenemur: quia nó dant a deo me/
ritis nostris: sed merito nauicule
crucis: quã xp̃us ascendit. Ut dicit
euangeliũ hodiernũ mathei. ix. de
scriptũ. Unde aug. in ep̃la ad mar/
celinũ ait. Quid melius et gratius
et ore ꝓmamus ⁊ calamo exprima
mus: q̃ȝ vt deo gr̃as agamus. Hoc
nec dici breuius: nec audiri letius:
nec intelligi gratius nec agi fructu
osius potest. Sic igit faciamus: vt
in sempiternũ gaudeamus Ipso p̄
stante: qui patri gratias egit ⁊ nũc
cum eo et spiritu sancto viuit et re/

gnat in secula seculorum. Amen.

¶ Dñica.xix.post pentheco.de reformatõe vite xp̃iane Sermo.xlvj

r Renouamini spiritu mẽtis vestre ⁊ induite nouũ hominem qui s̃m deũ creatus est. Ad ephe.iiij. hec verba scribuntur. Pro exordio presentis sermonis a doctorib⁹ queritur. Utrũ pro renouatione vite omnes teneã tur ad baptismũ? Et dicunt alexander de ales in.iiij.parte in tractu de baptismo. Bonauentura:thomas et richardus in iiij.di.vj.q̃ sic. Primo propter acquirendũ caracterẽ: quo anumeref populo dei:et deputetur ad percipiendũ diuina sacramenta. Scd̃o vt etiã passioni xp̃i corporaliter cõformef. Tertio propter bonum obedientie. ideo dicit apl̃s verba proposita p̃ntis epistole declarande. ¶ In qua pro expositione sunt tres questiones declarande. Prima quarum est de vite christiane reformationis necessitate. Utruz videlicet vita christiani deformata debeat reformari per penitentie sacramentũ? Alia est de vite christiane reformationis qualitate. Quõ videlicet debeat reformari ad proximũ postq̃ȝ reformata est per penitentiã in seipsum.ibi.propter quod. Tertia est de vite christiane reformationis effectus bonitate. Quis videlicet est effectus ei⁹ reformatõis in deũ.ibi. magis aũt

¶ Questio prima presentis sermonis. Utrũ videlicet vita xp̃iani deformata per peccatũ debeat reformari per penitentie sacramentum?

q Querif a doctoribus circa primã partẽ presentis epistole Utrũ vita christiani per peccatuȝ deformata debeat renouari per penitentie sacramentũ? Et dicũt supradicti doctores in.iiij.di.xiiij.arti.j.et.q.j.⁊ ij.q̃ sic. Quia per penitentiã in charitate assumptã remittif oĩs pena Juxta illud ezechiel.xviij. Si impius egerit penitentiaȝ ab omnibus peccatis suis:omniũ iniquitatũ ei⁹ quas operatus est amplius non recordabor.de peni.di.iiij.§. Porro Secũdo q: per penitentiã formatã si fuerit multũ intẽsa: põt exolui omnis pena:vt patet in latrone. In ce.xxiij.de peni.di.j. Importuna. Tertio q: p talẽ penitentiã restituuntur omnes virtutes amisse:quia charitas nõ potest esse in anima cũ carentia alicuius virtutis necessarie: ad rectitudinẽ vite spiritualis. Unde glo. sup illud esaie.lij. Solue vincula tui:dicit:vt graui onere liberata:ad recipiẽdũ pristina ornamenta cesset esse captiua. Et ideo dicit apl̃s. Renouamini s.per penitentiã. spiritu mẽtis vestre.id est in spiritu qui est mens vestra.et induite nouũ hominez.i.christũ:per ipsius imitationẽ:qui secundũ deũ creatus est:s̃m humanã naturã:in iusticia et sanctitate veritatis. Juxta illud.j.petri.ij. Qui peccatũ non fecit:nec dolus inuẽtus est in ore ei⁹ xxij.q.ij. Utilẽ. De symo.sicut dñs

¶ Questio secũda presentis sermonis. Quomodo vita christiana debeat reformari ad proximũ postq̃ȝ reformata est erga seipm.

q Ueritur a doctoribus circa secundā partē epistole Quomodo vita xp̄iana debeat reformari ad proximū postq̄ȝ reformata est per penitentiaȝ erga seipsum. Et dicunt q̄ per tria. Primo per veritatē in ore Unde ait apostolus primo: ꝓpter quod deponētes mendatiū: per qḋ s. proximus defraudat̄. Loquimini veritatē per quā cuȝ eo recte viuit̄: quoniā sumus inuicē membra: propter quod debemus nos mutuo iuuare. Secūdo per zelum bonū in corde. Unde ait ap̄lus. Irascimini vȝ ira per zelū: que nō est contra naturā sed contra eius viciū. Sed q̄m in hoc de facili mēsura rationis excedit̄ur. propter quod legit̄ de platone q̄ seruū suū peccantē tradidit alteri puniendū: ne ipsam mensuram rationis excederet. Ideo subditur. et nolite peccare mensurā rationis excedendo. Sol nō occidat super iracundiā vestrā: puta: si excedat rationē: tamē cito trāseat. Nolite locū dare diabolo. Tertio per benignitatem in opere. Unde ait apostolus. Qui furabat̄ vȝ ante reformationem vite: iam nō furetur.

¶ Questio tertia p̄ntis sermonis. Quis est effectus reformationis vite in deū: vt perfecte adimpleatur.

q Uerit̄ a doctoribus circa tertiam partē ep̄le. Quis est effectus reformatiōis vite in deū. Et dicit Nicola. de lyra et Tho. 2ª 2ᵉ. q. xxxj. ar. j. q̄ cū deus nostroȝ bonoȝ non egeat: precepit vt sui amore patienti subueniat̄: ꝛ q̄ʒ exteriores actus ad illam virtutē referunt̄ ad quā ptinet illud quod est motiuū ad agendum. Motiuū aūt ad subueniendū patienti est charitas. Ideo sic subuenire actus est amicicie ꝛ charitatis: Primo in deum cuius amore fit. Secūdo in proximū. Hinc. j. Io. iij. scriptū est. Qui habuerit substantiam huius mūdi: ꝛ viderit fratrem suū necessitatē habētē: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas christi manet. in illo. Unde apostolus ad Ro. xij. iubet hospitalitateȝ sectari et necessitatibus sanctorum communicare. lxxiij. di. in nomine Ideo concludit in epistola. Magis autem laboret operando manibus suis: quod bonum est. vt habeat nō solum pro se: sed vnde tribuat necessitatem patienti. Et ideo si volumꝰ intrare conuiuium de quo loquitur euangelium hodiernū. Math. xxij. ca. descriptum: vestē veteris conuersationis deponamus: ꝛ induamur noua: aut per baptismū: aut per penitentiā: nosipsos scd̄m status indigentiam renouando ꝛ reformando erga proximū bene nos habendo. Necessitatē patientibus subueniendo: quatenus dei misericordia ad eū perueniamus: ipso prestante qui viuit ꝛ regnat ꝛ secula sc̄loȝ. Amen

¶ Dominica. xx. post penthecostes. De prudentia vite spiritualis Sermo. xlvij.

v Idete quomodo caute ambuletis non quasi insipientes. Ad ephe. v. ca. hec verba scribūtur. Pro exordio p̄ntis sermonis querit̄ a doctoribus. Utruȝ precipitanter viuere: ꝛ sine cautela

in hoc mundo: ꝛ in agibilibus pro cedere sit pecatũ. Et dicunt alex. de Ales. ꝛ Tho. 2ª 2ᵉ. q. liij. ar. iij. ꝙ sic Primo quia precipitatio in acti/ bus aie: dicitur methaphorice ꝺm similitudinē a corporali motu acce/ pta. Dicitur aũt precipitari ꝺm cor/ poralē motũ: quod a superioribꝰ in ima peruenit: ꝺm impetũ quendã proprij motus: vel alicuiꝰ impellen tis non ordinate: ꝓcedēdo per gra/ dus: summũ aũt anime est ipa ratio Imũ aũt operatio per corpus. Gra dus vero medij per quos oportet or dinate descendere: sunt memoria preteritorũ: intelligentia presentiũ solertia in considerandis futuris euētibus: ratiocinatio ꝯferens vnũ alteri. Docilitas: per quam aliquis acquiescit sentētijs maiorũ: p quos quidē gradus aliquis ordinate de/ scendit recte consiliãdo: si quis aũt feratur ad agēdum per impetũ vo luntatis vel passionis pertransitis his gradibus: erit precipitatio: que est peccatũ: sub imprudentia cõten tum. Secundo quia prouerbiorũ octauo scriptũ est: via impioꝝ tene brosa nesciunt. Tertio quia in epi stola hodierna Aplus ait. Uidete quomodo caute ambuletis. In qua quidē epistola pro eius expositione tres questiones declarande sunt.

Prima quarum est: de necessaria prudenti conuersatione. Utrũ pru/ dentia sit virtus necessaria in vita spũali. Alia est de prudenti ebrie/ tatis euitatione. Utrũ vꝫ pertineat ad prudentē vitare ebrietatē. ibi. Et nolite inebriari. Tertia est de pru dentis suuamēti appositione. Utrũ vꝫ ad prudentē ꝑtineat inuenire su/ uamenta vite spiritualis. ibi. Sed impleamini spiritu sancto.

¶ Questio prima p̄ntis sermonis. Utrum prudentia sit virtus necessa ria in vita spirituali.

Querit a doctoribus circa primam partē p̄ntis eplē Utrum prudentia sit vir/ tus necessaria in vita spi/ rituali? Et dicit alex. ꝛ sctũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. xlvij. ar. iiij. et Nico. de lyra ꝙ sic: quia virtus ꝺm phm est que bonum facit habentē: ꝛ bonũ opus eius reddit: cũ ergo ad prudentiam pertineat applicare rectam rationē ad opus quod non sit sine appetitu recto: patet clare ꝙ sit v̄tus: Ad q3 aũt sit necessaria: dicit Augu. de li/ bero arbitrio: prudentia est appetē/ darum vitandarũ q3 rerum scientia

Primo ergo est necessaria ad eui/ tationē mali p̄ntis. Unde ait aplus Uidete quomodo caute ambuletis vꝫ propter multa pericula p̄ntia: de quibus. ij. ad Corin. iiij. Periculis fluminũ: p̄iculis latronũ: ꝛc̄. Secũ do ad euitationē mali futuri. vnde ait aplus. Nõ quasi insipientes. i. mala futura non preuidentes: sed vt sapientes. i. prouidi: quia Prouer. iiij. dicit: palpebre tue p̄cedãt gres/ sus tuos. Tertio ad emendationē mali preteriti. Unde ait aplus: redi mentes tempꝰ: qm̄ dies mali sunt: quia frequēter ex improuiso impedi menta superueniũt: ne possit bonũ agi. Propterea nolite fieri impru/ dentes: sed intelligētes que sit vo/ luntas dei. Iuxta illud Deutero. xxxj. Utinã saperēt ꝛ intelligerēt: ac nouissima prouiderēt: quia insipiēs vt dicitur in psal. xxxv. noluit in/

telligere vt bene ageret.xj.q.iij. ex cellētissimus.

Questio secūda pñtis sermonis. Utrū pertineat ad prudentē vitare ebrietatem tanq̄ peccatum.

q Ueritur a doctoribus circa secūdam partē pñtis ep̄le. Utrū pertineat ad prudē-tem vitare ebrietatē? Et dicunt supradicti doctores: q̄ sic. Primo q: ad prudētē pertinet cui tare malū vt dictū est. sed ebrietas est malum. Unde dicit scūs Tho. 2ª 2ᵉ q.clx. arti.j. Quod ebrietas vno modo significat defectū hoīs q accidit ex multo potu. ex quo sit nō compos rationis. Et sic ē pena Alio modo significat actū quo q̄s incidit in hūc defectū: vel ex nimia vini fortitudine preter intentionem bibētis. et sic potest esse sine peccato precipue si nō prouenit ex negligē-tia. Uel ex nimia et inordinata con-cupiscētia et vsu vini. Et sic est pcm̄ gule. Scdo q: ad Ro.iij. ait: ap̄ls Nō in cōmessationibus et ebrieta-tibus. Et leuiti.x. Ministri templi prohibent vinū et siceram bibere. ne ebrietate grauent corda eorū. xxv. di. in pncipio. Tertio q: in scda pte ep̄le dicit ap̄ls. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. Unde dicit Hiero. Uenter mero estuans: cito declinat ad libidiem.

Questio tertia pñtis sermonis. Utrum ad prudentem pertineat in uenire iuuamenta vite spiritualis.

q Ueritur a doctoribus circa tertiam partē pñtis ep̄le. Utrū ad prudentē perti-neat inuenire iuuamenta vite spūalis? Et dicūt q̄ sic Primo q: scūs Tho. 2ª 2ᵉ.q.xlvij.arti.viij. dicit: q̄ Prudentia est recta ratio agibiliū. Cuius sunt tres actus. vz Cōsiliari inueniendo. Judicare de inuentis. precipere talia ad operan dum. Scdo q: ph̄s dicit.vj. Ethi. Prudentia perceptiua est. Tertio q: in tertia parte pñtis ep̄le paulus enumerat talia iuuamēta. Primū quorum est spūsscti receptio. vñ dicit Sed impleamini spūsctō. Aliud est scripture instructio. vnde ait: Lo-quētes vobismetipsis in psalmis et hymnis. et cāticis spūalibus. Tertiū est spūalis exultatio. vnde ait: Can tantes et psallentes in cordibus v̄ris dn̄o. Quartū est grārumactio. vñ ait: Grās agentes semp pro oībus in noīe dn̄i nostri iesu xp̄i deo et p̄ri explicādo hūanitatē xp̄i: et diuinita tem. Quintū est pfecta hūiliatio. vñ ait: subiecti inuicem in timore xp̄i. Qui ait Math. xj. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. ij. q.ij. q se. sicut fecit regulus vt dicit euāgeliū hodiernū. Joh.iiij. descri ptum. Ergo videamus quomodo caute ambulemus. qui vt ait Socra tes in suis sentētijs. Prudentis est ne quē in casū icidat cauere: et si qd forte acciderit forditer ferre. Fortis nemo est nec potest iudicari fortior si imprudens fuerit. Uirtus eni sine sapientia temeritas periculosa est. A q̄ nos eripiat xp̄s dn̄s nr̄. Amē.

Dñica.xxj. post penthe. De vir-tute fortitudinis Sermo xlviij.

Confortami ni in dn̄o: et in potētia virtutis eius Ad ephe. vj.ca. hec verba scribū

tur. Pro exordio pñtis sermonis a doctoribus querit. Utrũ liceat hoi habere ꝯfidentiã in bello spũali de seipo: vl de aliqua creatura? Et dicunt Alexan.de ales ꝛ btũs Bonauentura in tertio ꝛ sctũs Tho. 2ª 2e q.xvij.artic. iiij. Quod licet homo possit habere cõfidentiã de seipso: vel de aliqua creatura: vt de aliquo agente secundario ꝛ instrumentali per quod iuuari possit: ad euitãda quecunqꝫ mala: ꝛ ad consequenda quecunqꝫ bona. Et hoc modo cõuertimur ad sctõs: ꝛ ab hominibus aliqua petimus: tamẽ principaliter debet homo habere cõfidentiã de deo: tanqꝫ de primo agente. Hinc Dauid psal.lix. dicit Da nobis auxilium de tribulatiõe q: vana salus hois.xxiij.q.iij.§. Item aliquo. Et apl'us dicit verba proposita pñtis epl'e declarande. In qua pro ei⁹ expõne tres questiões sunt declarãde Prima quarũ est de virtute fortitudinis essentiali diffinitione. Quid sit fortitudo. et vtruꝫ sit virtus specialis. Alia est de virtute fortitudis necessaria assumptione. Utrũ sit necessaria in bello spũali. ibi. induite. Tertia est de huius virtutis armoꝝ distinctione. ibi. state ergo.

¶ Prima q̃o pñtis sermõis. Quid sit fortitudo. et an sit virt⁹ specialis.

Querit a doctorib⁹ circa primam partẽ pñtis epl'e. Quid sit fortitudo. et an sit virt⁹ specialis: Et pmũ horum declarat Tulius in sua rhetorica dicens. Fortitudo est immobilis inter aduersa gl'iosa animi claritudo: res arduas pulchre administrans: que nec aduersis infestãdo frangit: nec prosperis blãdiendo eleuatur Aliud declarat sctũs Tho. 2ª 2e.q.cxxiij.arti. j. dicens. Quod ad virtutẽ pertinet vt faciat bonuꝫ hoiẽꝫ ꝛ opus eius bonũ Bonũ aũt hois: ẽm Dyonisiũ de diuinis nominibus: est ẽm rationẽ esse: a quo tollitur sepe per aliquod difficile: cui resistit mentis fortitudo. Unde manifestũ est: ꝙ fortitudo est virtus inquantũ facit hoiem ẽm rationeꝫ esse. Tertio declarat idem articl'o scdo dicens ꝙ fortitudo dupliciter capitur. Uno modo vt importat quandã animi firmitatem: et sic est virtus generalis. Hinc.ij. Ethicorũ phus dicit. Ad virtutẽ requiritur firmiter: ꝛ immobiliter opari. Alio momo capit vt importat firmitatẽ animi ꝯtra maxime difficile in grauibus periculis. et sic est specialis virtus. Unde Tul.in sua Rhetorica. Fortitudo est cõsiderata periculorũ susceptio: ꝛ laboꝝ perpessio Hinc apl'us dicit. Confortamini in dño. Et in potentia virtutis eius. vꝫ fortitudinis.

Questio secũda pñtis sermonis. Utrum fortitudo sit necessaria in bello spirituali.

Querit a doctorib⁹ circa secundam partem pñtis epistole. Utruꝫ fortitudo sit necessaria in bello spirituali. Et dicũt ꝙ sic. pmo q: Ambrosius in libro. j. de officijs dicit. Non mediocris virtutis est animi fortitudo: que sola deffendit ornamenta virtutũ oim. ꝛ iusticiã custodit: ꝛ que inexplicabili ꝑlio aduer/

sus oia vicia decertat. Inuicta ad labores: fortis ad pericla: rigidior aduersus voluptates. Scdo quia scus Tho.vbi s.articlo.v.dicit q fortitudo est principaliter contra timorem rerum difficiliu que retrahere possunt voluntate a sequela ronis. Unde phus .ij. Ethicor dicit. Fortitudo est circa audaciam et timorem.ideo apls ait: Induite vos armaturam dei: id est fortitudine. vt possitis stare absq peccato mortali aduersus insidias diaboli. Qui sic dicit Leo papa: oium discutit con suetudines. ventillat curas: scrutatur affectus: et ibi querit causas nocedi: vbi quenq viderit studiosius occupari. Quia no e nobis colluctatio: aduersus carne et sanguine: hoc est homnies qui sunt caro et sanguis. et per consequens visibiles.sed aduersus principatus et ptates. Quia angelorum ordines no solu sunt per gratiam: sz etia p natura Et sic de singulis ordinibus ceciderut aliq in qbus naturalia remaserut: vt dic Hiero. et inferiores obediut superioribus: vt magis possint nocere hoibus Et per principatus et potestates intelligunt alij ordines demonu: aduersus mundi rectores. mudi dico .i.malor hominu. Un ioh.j. Mundus eum no cognouit Tenebraru haru.vz culparu.cotra spualia nequicie.i.spus neq. In celestibus: hoc est in aere caliginoso.pptera accipite armatura dei. vz fortitudine mentis: vt possitis resistere in die malo: tepore vz pugne.et in omibus. vz psperis et peruersis.perfecti stare.

¶ Questio tertia pntis sermonis. Qd sunt genera armor huius virtutis

Uerit a doctoribus circa tertiam parte pntis eple. q Utru huius virtutis fortitudinis sut arma ad preliandu ptra demones. et quot sunt genera armoru. Et dicut Alexa. de Ales: et Nico. de lyra. q sunt septe Primu genus armoru est cingulu chastitatis. Unde ait apls. State ergo succincti lumbos vros. Luce xij. Sint lumbi vestri precincti. vbi Grego. Lumbos tuc precingimus cum carnis luxuria per cotinentia coartamus. Aliud genus est lorica equitatis. Unde dicit apls. In veritate induti lorica iusticie. Quia vt dicit Aristo. quinto Ethi. Justicia est ois virtus. Un math.iij. Sic decet implere oem iusticia. De conse. di.iiij. per qua. Quia iusti tulerunt spolia impiorum. Ne cle. vel mo. relatum. Tertiu genus est calciamentum charitatis. Unde ait apls. Et calciati pedes in preparatione euangelij pacis. Un math. vltimo dicit Sandalijs vtebant: ne tangerent terram. Quia affectus predicatoru euagelij no debet ad terrena affici: sed ad celestia bm glo. Quarta genus est scutum fidelitatis Un apls In omibus sumentes scutu fidei in quo possitis omia tela nequissimi ignea extinguere. Juxta illud psal. Scuto circudabit te veritas eius. Quintum genus est galea expectationis. Un dicit aplus: galea salutis assumite: vbi glo. Spe vite eterne gaudete. ad Ro.v. Spe salui facti sumus. Sextu genus e gladius pdicationis. Un dic apls: et gladiu spus. quod est verbum dei. Et dicit spiritus: quia math. x. dicit. Non eni

vos estis qui loquimini zc. De hoc gladio ait saluator math.x. Non veni pacē mittere in terrā: sed gladium. xxxiij.q.ij.§.in hoc. Septimum genus est: lancea orationis. Unde sequitur apostolus: quāuis nō ponatur in textu epistole: ſm ecclesiam per omnē orationē. Nam ecclesi.iij. dicitur. Oratio humiliantis se celos penetrat. Ergo fratres cū armis istis diuino auxilio hostem vincamus: ne in manus satellitū eius a xpo tradamur: vt dicit euangelium hodiernū mathei. xviij. de seruo ptū. Sed potius ratione bene reddita ad perpetuaz gloriā peruenire mereamur. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Dñica. xxij. post penthecostes de virtute spei. Sermo.xlix.

Confidimus in dño iesu: quia q cepit in vobis opus bonū perficiet vsqz in diem christi iesu. Ad phi.j. ca. hec verba scribunt. Pro exordio pñtis sermonis a doctoribus querit. Utrū aliquis possit alteri sperare vitaz eternā. Et dicit s.tho.2ª 2ᵉ.q.xvij.ar.iij Quod psupposita vnione amoris ad alterū iā aliquis pōt sperare aliquid alteri sicut sibi. Et ſm hoc aliquis potest sperare alteri vitā eternam: inquantū est ei vnitus p amorem. Et sicut est eadē virtus charitatis qua quis diligit deū: seipsum z proximū. Sic z eadē virtus est spei qua quis sperat sibi et alteri. Sicut Paulus qui ad phi. scribens dicit. Confidimus in dño iesu: quia qui cepit in vobis opus bonū: ipse perficiet vsqz in diē xpi iesu. vz iudicij quando bonis dabitur eterna glia. In quaquidē epla pro eius expōne tres qstiōes sūt declarāde. Quarū prima est de virtutis spei ordinatione. Utrum vz fides precedat spem. Alia est de virtutis spei cognitiōe. Utrū vz spes sit virtus. Tertia de obiecti eius determinatiōe. Utrū obiectū eius sit determinate eterna beatitudo.

¶ Questio prima pñtis sermonis. Utrum fides precedat virtutē spei?

Queritur a doctorib9 circa primaz partē pñtis eple. Utrū fides pcedat spem. s. Utrū aliqs possit illud sperare quod nō credit. Et dic btūs Bonauētura in.iij. z scūs Tho.2ª 2ᵉ.q.xvij.arti.vj. Quod fides absolute pcedit spem. Primo q: nihil a deo sperari potest. nisi prius credat illud haberi eē possibile. sperat aūt aliquid aut tanq̄ obiectū pncipale sicut est vita eterna: aut tanq̄ secundariū. qd ē diuinū auxiliū z vtrūqz pponit nobis per fidem per quam nobis innotescit q ad vitā eternaz possum9 peruenire: z q ad hoc paratum est nobis diuinū auxilium. Scdo q: ad Hebreos.xj. dicit apls Accedentē ad deū oportet credere. Et glo. sup illud Matth.j. Jacob genuit ysaac. sic dicit Fides genuit spem. Tertia q: in prima pte pñtis eple apls dicit. Cōfidens hoc ipm quia q cepit: z alia Deinde sequit Sicut ē mihi iustū sentire hoc pro oib9 vobis: q: dilectio facit opinari bonū de dilecto. Unde infert hic

eo q̄ habeam vos in corde: ⁊ in vinculis meis vz charitatis. ⁊ in defensione ⁊ cōfirmatione euangelij: q2 Phili. cōstanter certauerūt pro veritate euangelij: socios gaudij mei omēs vos esse. xv. di. scta romana.

¶ Questio scda p̄sentis sermonis. Utrum spes sit virtus theologica.

Querit a doctoribꝰ circa scdam partē p̄ntis ep̄le. Utruz spes sit virtus. Et dicit scūs Tho. ⁊ Bona. vbi s. in articul. j. quod est virtus. Primo q2 s̄m ph̄m. ij. Ethi. virtus est que bonū facit habentē. ⁊ opus eius bonū reddit. Oportet ego q̄ vbicūq3 inuenit aliqs actus bonus hois. q̄ respōdeat alicui virtuti humane. In oibus aūt regulatis bonum per hoc cōsideratur: quod aliqd propriā regulā attingit. Scut dicimus vestē essem bonam: q2 nec excedit: nec deficit a debita mensura. Humanorum aūt actuū duplex est mēsura. vna prima ⁊ homogenea. vz ratio. Alia suprema ⁊ excedens: vz deus. Et ideo ois actus hūanus attingens ad rationē aut ad ipsum deū est bonus. Actus aūt spei attingit ad ipsum deū per eius auxilium cui innitimur: ergo spes est virtus. cum faciat actū hois bonū: ⁊ debitam regulā attingat ⁊ nō solum est virtus. sed etiaz virtus theologica. vt ait Paulus. i. ad Corinthe. xiij. Secūdo quia Grego. in. j. moral. dicit q̄ per filias Iob signantur he tres virtutes. Fides spes charitas Tertio q2 in scda parte p̄ntis ep̄le apl̄us ait: Testis est mihi deus quō vos cupiā oēs esse in visceribꝰ iesu xp̄i: ⁊ hoc nō spero affectu carnali: sed spirituali. Juxta illō ad Cor. xj. Emulor eni vos dei emulatione.

¶ Questio tertia p̄sentis sermonis Utrum obiectū spei sit determinite eterna beatitudo.

Querit a doctoribus circa tertiam partē p̄ntis ep̄le. Utrum obiectū spei sit determinate eterna beatitudo. Et dicūt supradicti doct. vbi s. arti. tamen. ij. Quod semp oportet effectū esse ꝓportionatu cause. Et ideo bonū quod principaliter ⁊ proprie a deo sperare debemus est bonum infinitū. quod ꝓportionat virtuti dei adiuuātis. nam infinite virtutis est propriū ad infinitū bonuz perducere. hoc aūt bonum est vita eterna que in fruitione ipius dei cōsistit. Nō eni minus ab eo sperādū est: q̄3 ipse sit cum nō sit minor eius bonitas per quā bona creature cōmunicat: q̄3 eius essentia. Uñ ꝓpriū et principale obiectū spei est beatitudo eterna. Hinc apl̄us ad hebreos. xj. dicit. Habemus spem incedē tez. i. incedere facientē ad interiora velaminis. i. ad beatitudinē celestē Ideo in tertia parte p̄ntis ep̄le dicit Et hoc oro vt charitas via magis ac magis abundet. Quia charitas semp crescere potest in via: in omi scientia. Nam crescēte charitate: crescit noticia que expedit ad salutem Ut probetis. i. approbetis potiora. vt sitis sinceres ⁊ sine offensa in die xp̄i vz iudicij: repleti fructu iusticie qui sunt bona opa: per iesum xp̄m in gl'iam ⁊ laudē dei. Quia in remuneratōe celesti obiecto spei est laus iugis iuxta: illud psal. lxxxiij. Bti

qui habitant in domo tua: in sclin
scli laudabunt te.xxiiij.q.j. oibus.
Qui verax es et nõ respicis psonaz
hoim. vt dicit euangeliũ hodiernũ
Matth.xxij. descriptũ. Cuius spe
regnũ habeamus eternũ per omia
secula sclorum. Amen.

Dñica.xxiij. post penthe. de virtute
in generali vel in cõi. Sermo.l.

Imitatores

i

mei estote. Ad philip.
iij.ca. hec verba scribũ/
tur. Pro exordio pñtis
sermõis a doctoribus querit. Utrũ
hõ virtuosus sit imitandus. Et dic
Tho. anglicus ordinis minorũ. q
sic Primo rõne diffinitionis quã
ponit Augu. de virtute dicẽs. Uir/
tus est bona qualitas mentis. qua
bene viuitur. quã solus deus in ho
mie operat. Propter hãc particulã
vltimã. sola hec diffinitio ptinet ad
virtutes theologicas. Nã virtutes
cardinales possunt haberi p acqui
sitiones Scdo ratione effectualis
descriptiõis. vnde isidorus ait: Uir
tus est animi habitus. nature dec9:
vite ratio: morum pietas. cultus di
uinitatis. honor hois: eterne bea/
titudinis meritũ. Tertio ratione
nois expositionis Uirtus eni dicit
quasi vis intus: vel quasi virib9 ni/
tens: vel quasi viri status. iõ paulus
virtuosus philipenses ad sui z alio
rum virtuosorũ imitationẽ inuitat
dicens. Imitatores mei estote. zc.
In qua quidez epla p ei9 expositio
ne tres questiones declarãde sunt.
Prima quarum est de virtutis sin/
gulari coditione. Utrũ vz virtus cõ
sistat in medio? Alia est de vtutis
distinctiõe. Quare vz polleat quis
vsu vnius virtutis amplius qz alte
rius. ibi. nostra cõuersatio in celis
est. Tertia est de virtutis ꝯmenda
tione. in quibus cõmendat virtus.
ibi. saluatorem.

¶ Questio pma presentis sermõis.
Utrum virtus consistat in medio.

q

Uerit a doctorib9 circa
primam partẽ pñtis eple.
Utrũ virtus consistat in
medio Et dic. Tho. angli
cus q sic. Primo in agendis vz in
ter supraz citra modũ. Juxta illõ ad
Ro.xij. rationabile obsequiũ vrm.
Scdo in habendis vz inter supfluũ
et indigentiã. Juxta illud puer.vj.
Diuicias et paupertatẽ ne dederis
mihi. sed tantum victui meo tribue
te illo plerosq3 iniuste opprimi formidamus Scdo euenire potest ex defectu quando qs tristatur de bono alterius: nō q ille tale bonū habeat sed quia sibi deficit. et huiuscemōi dolor: sm phm zelus proprie nominatur. qui si est de honestis: nō est peccatum. Hinc paulus ad corinthi. xiiij. Emulamini spiritualia: si circa inhonesta peccatū est. Unde ad gala. v. idē apl's dicit Nō efficiamini inanis glorie cupidi inuicē prouocantes: inuicē inuidentes. Tertio euenire pōt ex indignitate: quādo quis bono qd habet estimatur indign⁹. sed hec tristicia ex bonis honestis quibus hō iustus efficitur euenire nō potest: quā phs. ij. rethorice venessim appellat. Uerū quia bona tēporalia bonis et malis communia sunt: qui dolet qd indignis ꝯcedantur a deo peccat. Hinc dauid in psal. Noli emulari in malignātibus neq3 zelaueris facientes iniquitatem. ꝛ vltra. Pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos pacē peccatorū videns. Et qr phs de bonis eternis cogitare nequiuerat: hanc tristiciā ad bonos mores pertinere dinoscebat. Quarto modo euenire potest excessu quia quis excedit in excellentia: que tristicia inuidia proprie et semper praua iudicatur. Hinc phs vbi s. de huiuscemodi inuido dicit. Dolet de eo qd est gaudendū. Quinto euenire potest ex peccato. aut supbie que mater est omniū vitiorū. aut ex ira que inuidie est coniuncta. Juxta illud eccle. xxx. zelus ꝛ iracūdia minuunt dies. Aut ex auaritia qr vt dicit augu. de lib. arbi. Auarus velut infernus omnia deuorans: vellet nullū hominē esse vt solus oia possideret Aut ex accidia quia puer. xxj. dicitur Desideria occidunt pigrum. Et in his omnibus modis in quibus peccatum est si tristicia cito repellitur veniale est. et si diu tenetur ex grauitate cōplexionis: quia ita cito remoueri nō potest dūmodo displiceat: adhuc veniale peccatū est. Uerum si diu retinetur et cū deliberatione placet: mortalis culpa est. Hinc iob. v dicitur. Paruulum occidit inuidia Fratres ergo ioseph timētes eū futurū dn̄m et videntes eū multis donis dei ornatū quibus ipsi priuati erant et his putantes eū indignum Et quia eos pcellebat honore vt peccatores ei satis inuidebāt: vt testatur prima pars huius presentis eple que de se clara est: et expositione nō indiget. Uerū pater eius scūs rem somniorū tacitus ꝯsiderabat.

¶ Questio secunda vtrū inuidia sit vitium capitale ꝛ que mala ex ipsa generentur.

Queritur a doctoribus: An inuidia sit vitiū capitale ꝛ q̄ mala ex ipa generentur Ad quod breuiter dr ab eis q inuidia capitale peccatū est eo q de ipsa multa mala generantur Cuius principiū est gloriā alterius diminuere. Uno modo secrete ꝛ sic ex ipsa susurratio generatur que est locutio cōtra amiciciā discordiā seminans. Hinc prouer. xxvj. di. Susurrone subtracto iurgia quiescūt. Aliomodo pupblice et sic ex ipsa pcedit detractio que est aliene fame per oculta verba denigratio. vnde dauid in psal. dicit Detrahentē

secreto proximo suo huc perseque/bar. Et.j.ioh.iij. di. Qui detrahit proximo suo homicida est. vj.q.j. in summa. Medium autē inuidie est hoc posse facere.vz diminuere:et tunc orit ex ipsa in aduersis pximi exultatio. Eccle.viij. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Si autez nō potest orit afflictio sicut maria soror moysi tristata de gloria fratris numeri.xij.leprosa est effecta. Terminus aūt inuidie est odiū quia sic amor generat bonū delectās: ita odiū bonū ɔtristans. Ex quo odio multa oriunt mala qr sicut ex charitate ſm grego. omnes virtutes generant.ita ex odio omnia oriuntur mala:nō intelligendo qꝫ odiū sit vitium capitale. Concordat alex.de ales in 2ᵈᵃ.bonauen.in cētiloquio. Tho.2ᵃ2ᵉ.q.xxxvj.arti.iiij.Et grego.xxxj.moraliū. ponūt ipm inuidie filiū.sed quia cū odio tanqꝫ cuz fine vitiorū mala cūcta secunt. hic augu.in sermone dicit. In compatione odij. ira festuca est. Hoc etiā patet in scda parte huius eple que vt prima ē manifesta. Uerū in hac parte laudat ioseph prompta obedientia quia voci patris statim obediuit. Pia beniuolētia quia ppter amorē fratrū venit de valle ebron. nomē est ciuitatis iuxta quā vallis est posita: que aliter dicit mābre a quodā hoie. venit et in sichem aliter sichar. Item laudat ioseph solita diligentia quia querēs fratres de loco in locū inuenit in dotaym territoriū est prope sichem. His tribus bonis correspondet fratrū seua malicia. Primo in cogitatione cogitando eum occidere. Itē in locutione quia mutuo loquebantur. Item in operatione quia pcurante ruben qui erat primogenitus et ob hoc ouiū curā gerebat:et ne accusaretur de homicidio apud patrē apud quē accusat⁹ fuerat a ioseph de incestu et adulterio: timēs penā homicidij q̄ erat executa in chaym nō occiderūt eū. sed piecerūt in cisternam veterē et absente ruben q fuerat ad inueniendū pascua meliora pcurante iuda vendiderunt eū ysmaelitis.xxx. argēteis in figura christi Septuagita dicūt.xx.aureis. Jero.et raba.dicūt.xx.argēteis vt preciū dñi esset maius pcio sui. Sed dubitat in textu qꝫ mater nunqꝫ adorauit eū:cuz esset mortua qn incepit regnare. Et dr qꝫ adorauit eum non in persona propria sed in persona beniamin.

¶ Questio tertia de inuidie expugnatione.i. que sunt illa que expugnāt inuidiā vel q̄ sunt ei⁹ remedia

Q Ueritur a doctorib⁹ que sunt expugnantia et inuidie remedia. Et dicūt qꝫ sunt multa. Primum remediū quod impugnat inuidiā est legis preceptio. Nā lex ipsa pcipit deutro.vj.luce.x. mat.xx. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Secūduz remediū qd expugnat inuidiaz est naturalis cōpassio:qm naturaliter membra corporis cōpatiunt inuicem. Et nos vt paulus ad corin. xij.dicit.vnū corp⁹ sum⁹ in xpo.vij. q.j. Nihil.extra ꝺ suma trini.dam namus. Tertiū est pprie excellētie despectio. Hinc ecci.x.di. Memēto homo quia puluis es et in pulue

rem reuerteris. Quid igit̃ supbis terra et cinis. et eccl. iiij. dr̃ Omnia que de terra orta sunt in terrã ɔuertent̃. xiij. q. ij. in ecclĩastico. Quartũ est future glĩe ɔsideratio. Unde greg. ait. Qui sacibꝰ inuidie carere desiderat: illã hereditatem appetat quã numerus possidentiũ nõ angustat. Quintũ remediũ expugnans inuidiã est scripturarũ exemplificatio. Nam inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. geñ. iiij. Itez inuidia chaym occidit fratrẽ suum geñ. iiij. Itẽ tertio palestini inuidi fuerunt ysaac locupletato. Gene. xxvj. Item quarto reprehensus est iosue inuidens viris qui prophetauerunt in castris. Et dixit ei moyses Quid emularis pro me. numeri xj. caplo. Item quinto maria moysi inuidens leprosa est effecta numeri. xij. Item saul erga dauid victorẽ philistei inuidiam habuit ⁊ ob hoc grauiter peccauit. j. reg. xviij. Item achitophel se suspendit inuidi chusico ꝙ absalon tenuit consiliũ eius et non suum. j. regum. xvij. Item iudei ex inuidia occiderunt christum Joh. vj. Itẽ iudei ex inuidia incarcerauerũt aplos. actuũ. iiij. Itẽ iudei xp̃o inuidentes stephanũ lapidauerũt. actu. vj. Item iudei repleti sunt zelo cõtra barnabã et paulum predicantes. Quid plura: dies deficeret et exempla scripturarum occurrererẽt que inuidiã expugnãt sed in presentiarũ ioseph ponit̃ añ oculos cui inuidẽtes fratres tã grauiter vt neci tradere voluerũt. Sꝫ quid factũ est: sic dicit tertia pars p̃sentis eple: audiens hec ruben et reliqua: que plana sunt ⁊ expositõe nõ indigent. O igitur inuidia pessima: qua dñs noster vinee. i. ecclesie plantator a iudeis occisus est vt dicit euang. hodiernũ. math. xxj. scriptum. Que tristaris de bono alterius vt de malo proprio sicut in exordio huius sermonis declaratũ est. Que ex quinqꝫ venenosis matribꝰ originẽ hades: de te tot etiã veneno se filie generant: vt due partes pncipales eiusdẽ sermonis exponunt Recte igit̃ indiges mederi: et ideo ipsa remedia ante oculos nostros cottidie ponamus: quatenus ab inuidia liberati charitate perpetua regnum eternũ possideamus. vbi verbum charitate pro nobis incarnatũ cum patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

Sabbato scd̃e hebd̃e. xl. expositionis eple de inuidia Sermo. xvj.

Dixit rebecca filio suo iacob: Audiui patrẽ tuũ loquentem cũ esau fratre tuo Geñ. xxvij. hec ṽba scribunt̃. Pro exordio huius sermonis a doctoribus querit̃ An inuidia sit maximũ peccatorũ. Et dicũt ꝙ aliquibꝰ rationibus sic esse videt̃ Primo ratione oppositionis quia opponitur charitati q̃ est maxima virtꝰ. Hinc geñ. xxxvij. fera pessima vocat̃. vnde criso. ait. Fera venenosa est inuidia omni excusatione priuata oim qꝫ malorũ mater et causa. Item secundo ratione proprie flagellatõis Unde ysido. ait. Inuidus animo medulitus estuans a semetpso liuoris proprij semp exigit penas. Et oratius Inuidia seculi nõ inuenere tyrã

ni maius tormentū. Tertio ratiōe infectionis quia etiā scōs viros inficit. Unde iero. ad damasuz papā Ut autē doceatur in sanctos posse cadere inuidia et soli deo purā clemētiā relinqui: filiorū zebedei cōsideremus exemplū: pro quibus cū mater mota pietatis affectu nimis grandia postulasset: reliqui decem discipli indignati sunt. Infecit etiā sancti patriarche Isaac filiū esau qui inuidit fratri habenti ex voluntate dn̄i patris hereditatē vel benedictionē: sicut habet in p̄ntis ep̄le serie declarāde. ¶ In qua tres vtiles questiōes querunt. Prima est de inuidie ꝓuocatiōe: in principio. Alia est de inuidie cōditione. ibi. Uix ysaac sermonez compleuerat. Tercia est de inuidie figuratione. ibi. Rursumq̄ ad patrem. Nunqd non seruasti.

¶ Questio prima quibus prouocatur inuidia.

D Ubitat a doctoribus quibus prouocatur inuidia vel quibus homo effectualiter ꝓuocat vt sit inuid⁹ Et dicūt q̄ cum inuidia sit tristicia de alienis bonis s̄m damas. vt in p̄cedēti sermone dictū est: que bona aliena vt mala ꝓpria inuidus accipit: quāto sunt plura bona et digniora ꝓximi: tanto magis qui charitatem nō habet prouocat inuidia: sic accidit esau ꝓpter grādia bona fratris sui iacob que enumerant in secunda parte huius ep̄le. Primū bonū fuit rebecce ꝯsultatio que patet in textu Et hanc cōsultationez mater dedit filio quia erat certa de voluntate dn̄i. Aliud bonū fuit iacob excusatio quia velut prudēs p̄uidebat futurū periculū ideo dixit. nosti q̄ esau. Tertiū bonū fuit rebecce replicatio. vnde ait: in me fit ista maledictio: effecta certa diuinitus. Quartū bonū fuit iacob executio quia abijt et attulit. s. duos edos: duos pp̄los designantes vel quia diues vnū facere lissum ⁊ aliū assatū deditq̄ matri sue. Quintū bonū fuit ciborū preparatio quia parauit illa cibuz sic nouerat velle patrē illius. Sextū bonū fuit indumentorū appositio q: vestib⁹ esau valde bonis quas apd. se. ha. do. indu. eum. He vestes s̄m iero. erant sacerdotales quibus primogēiti vtebant quando offerebāt sacrificia ⁊ a patre volebāt sollēniter benedici quas rebecca seruabat et nō vxores esau alienigene que cultū dei ignorabāt. Septimū bonū fuit p̄paratorū oblatio. ibi. deditq̄ pulmentū. Octanū fuit ysaac inquisitio: vz de persona filij dicens: quis es tu. ⁊ de festina preparatiōe cibi dicens. Quō tam cito ⁊c. Sed nūquid mētitus est iacob dicēs. Ego suz esau Dicit q̄ nō: quia erat officio si nō erat persona. sic ioh. bapti. erat helyas math. xj. ꝓpter officiū. qui dixit: non sum helyas persona Jo. j. Et ꝓbat totuz factū esse voluntate dei Nonū fuit ysaac pcūctatio. ibi Rursumq̄ ysaac ad filiū. Decimū fuit probatio. ibi. Dixit ysaac accede huc ⁊c. Nam in oibus similes erant preterq̄ in voce et lenitate q: esau erat hispidus ⁊ pilosus. Undecimū fuit senis refectio. ibi. Benedicēs ergo. Duodecimū fuit iacob

deosculatio. ibi. accede ad me et da
mihi osculū. Tredecimū fuit odo-
ris respiratio. ibi. statimq; vt sensit
Sed vnde venit tantus odor? Dici
tur quia vestes erant cōdite cū aro
matibus. vel meli⁹ q: talē odorē p-
duxit deus quasi ex similitudine q̄
est figura sacramēti altaris. Deci
mūquartū fuit ysaac cōmendatio:
quia dixit. Cui benedixit deus: in
nuens benedictionem ysaac esse a
deo. Decimūquintū fuit ysaac be
nedictio. ibi. det tibi deus. Sed mi
rum est ꝙ nō cognouerit filiū cum
haberet spm̄ pphetie. Et di: ꝙ non
omnia reuelant pphetis: hec oīa
bona ysaac possunt dici quia omia
faciunt ad eius benedictionem.

¶ Questio secūda de malis ꝯditio
nibus inuidi vel inuidie.

Q Uerit a doctoribus que
sunt male conditiōes in-
uidie. Et dicunt ꝙ sunt
mlte. Prima est rōis ob
cecatio. Unde greg. Inuidi debēt
perpendere quāte sint cecitatis qui
alieno pfectu deficiunt: aliena leti
cia cōtabescūt. quante etiā infideli
tatis qui melioratione proximi de
teriores fiunt. Alia est charitatis
primi immutatio. Hinc hugo de
sancto vict. dicit. Superbia aufert
mihi deū: inuidia proximū ira me-
ipm. Tertia est infatuatio. Unde
sapi. vj. Neq; cū inuidia tabescen-
te iter habebo: qm̄ talis homo nō
erit particeps sapientie. Quarta est
stradiabolica opatio. qm̄ certe inui
dia est opus dyaboli. Unde sapie
ij. ca Inuidia diaboli mors itrouit
in orbem terrarum. Quinta est dei
oppugnatio. Unū deus inuido ma-
thei. xx. dicit. An oculus tuus neq;
est quia ego bonus sum. Sexta est
presentis vite mala finitio. Hinc ec
clesi. xxvij. laqueo peribūt qui oble
ctant casu vel morte iustorū. Et vt
de reliquis taceam: vltima sit eter-
na dampnatio. Unde eccle. vj. Im
properiū et contumeliā malus he-
reditabit. et oīs peccator inuidus
et bilinguis: sicut accidit esau inui
dioso vt testat scđa pars principa-
lis huius epistole que incipit. Uix
ysaac smonē cōpleueret. s. benedi-
ctiōis iacob. et reliqua. que de seno
ta sunt: preter pauca que in pn̄tiarū
declarabo. Primum quia Jacob
egressus erat foras quando venit
esau. et hoc factum est diuina proui
dentia ne esset interfectus a fratre.
Aliud est ꝙ esau dixit mendatium
dicēdo Ego suz pmogenitus tuus
quia vendiderat primogenita sua.
Tertiū est quādo dicitur. Expauit
ysaac. i. factus est in extasi et tunc si
bi reuelatum est ꝙ Jacob debebat
habere benedictionē. Quartum
quia dicitur: venit germanus tuus
fraudulentur. ergo Jacob cōmisit
fraudez. Et dicitur ꝙ multiplex est
fraus. vz deceptiōis quam nō fecit
Jacob. Et pie eruditionis quā fecit
Joseph quādo fecit poni ciphum
in sacco beniamin vt ipsum redde-
ret timori. Et est fraus diuine inspi
ratiōis qualem fecerunt filij israel
petendo vasa ab egyptijs. Exo. xij
Et est fraus mystice significationis
qualem fecit laban supponendo
Lyam Jacob: significans ꝙ fecun
ditas prefert sterilitati bonorum.
Et istam cōmisit Jacob quia in eo

figuratum est q maior populus iudaic⁹ submittēdus erat maiori populo xpiano. Quintū est quando dicitur Iuste vocatū est nomē eius Jacob. supplātauit eī me en altera vice. falsuz dixit quia primogenita vendidit. Sed diceret quispiam. Contractus non valuit quia vltra medietatem iusti precij decepit. ca. Cum dilecti. de emp. et venditio. Dicitur q Jacob non emit sed qd suum erat voluntate diuina redemit & sic benedictionem non surripuit sed iuste a patre accepit.

¶Questio tertia de typo et figuratione inuidie.

q Uerit a doctoribus que sunt figure huius peccati inuidie. Et dicunt q multis comparatur inuidia. Primo vermi existenti in ligno et tinee in vestimēto. vnde prouer. xxv. Sicut tinea vestimento & vermis ligno: ita tristicia viri nocet cordi. Item cōparatur draconi insidianti vt pungat: mordeat et comedat. Et inuidus bono alieno insidiat vt pūgat iudicio praue suspitionis: mordeat aculeo murmuratiōis et deuoret veneno detractionis. vñ iob de huiuscemōi ꝯquerēs. iiij. ca. dicit Frater fui draconū & socius scorpionū. Tertio cōparat leproso qui vellet nullū hominē sanū. Quarto cōparat diabolo qui vellet nullū hominem esse bonū. Quinto assimilat Jude qui contristatus est de effusiōe vnguenti. Math. xxvj. Sexto cōparatur candele serpentine que fit de cera tempata in aqua in qua serpēs fuit coctus & dū ardet videtur hoibus q alie candele ardētes sint serpentes: sic et inuidus bonos viros extimat serpentinos Hinc esa. inuidis dicit Ue vobis q dicitis bonū malū & malū bonū. Septimo comparat caym. geñ. iiij. qui dixit Quicunqz inuenerit me occidet me: sic et inuidus ab omni hoie occiditur propter pctm: quia aut bonū ei⁹ videt & dolet. aut maluz & gaudet: qd patet etiā in inuidioso esau q quāuis eiulatu magno benedictionē peteret a patre vt testat pars tertia p̄sentis eple que incipit: rursumqz ad patrem & reliqua. Et vt pater bñdictionem sibi daret tempalē dixit In rore celi & pinguedine terre erit benedictio tua Ad litterā dic magister: ydumea ē regio pascualis Addidit quod ecclia non recitat. Uiues in gladio idest eris homo bellicosus. & hoc propter inuidiā qz esau recte tenet typum maioris fratris filij prodigi qui ex inuidia vt dicit euangelium hodiernū Luce. xv. scriptum nolebat introire in domū conuiuij. O igitur fera pessima inuidie que vt in exordio hui⁹ sermonis dixim⁹ est maximū peccatorū: que tristaris de bonis alterius sicut fecit esau inuidus de bonis iacob fratris sui q̄ in. j. parte enumerāt Que septē malis conditionibus depraueris vt in scda parte scriptū est. Que septē iniquis rebus cōpararis vt hic vltimo ponitur. Recte ab hoibus es detestanda & btūs est qui tua caret malicia: sed in charitate fundat ppetua qua summa puenitur ad gaudia: ad que nos perducere dignet dei fili⁹ charitate plen⁹. Qui cū patre & spū scō viuit & regnat i scla sclorū. Amē

¶ Feria secũda tertie hebdomade expositionis ep̃le de purgatiõe spiritualis lepre. vz pecacti mortalis Sermo.xvij.

Naamã princeps milicie regis syrie erat vir magnus apud dñm suũ ⁊ honoratus per illũ dedit dñs salutem syrie: erat enim vir fortis ⁊ diues sed leprosus iiij. Regũ.v.ca. hec verba scribunt. Pro exordio huius sermonis a doctoribus querit. An existens in peccato mortali bñfaciendo possit sibi mereri primã gratiã. Et dicunt breuiter q non. Primo propter indignitatem. vnde Job.xxx. dicit Ip̃a vita putat indignus sicut miles qui regi suo seruitiũ negat et qd̃ peius aduersariũ fugit. Item scd̃o ꝓpter penalitatẽ. vnde paulus ad Ro.ij. Ira ⁊ indignatio angustia ⁊ tribulatio in omnẽ aiam operantẽ maluz. Et sapien.xv. Malorum amatores digni sunt morte. Tertio propter ꝯtrarietatẽ. Nã qui seruit diabolo non potest seruire deo. Hinc math. vj. Non potestis seruire deo ⁊ mamone. Et ideo quãuis naamã esset princeps milicie regis syrie ⁊ honoratus apud illũ qui diabolũ significat. tamẽ erat leprosus.i. pcõ mortali maculatus vt dicũt verba proposita presentis ep̃le declarande. Concordat alexã. de ales in.ij.q.lxxxvj. In qua quidẽ ep̃la tres vtiles questiões querunt: quarũ Prima ẽ de peccati mortalis purgatõis occasione. vz q̃re debem⁹ a pctõ purgari. in p̃ncipio. Alia est de pcti purgationis mortalis instrumẽtali executõe ibi. Uade ⁊ lauare septies. Tertia ẽ de peccati mortalis purgationis effectuali ostẽsione. ibi. Et restituta est caro eius. ⁊ reliqua.

¶ Questio prima quare debemus a peccato mortali purgari.

Querit a doctoribus: quare a peccato mortali citi⁹ est purgandũ. Et dicunt q ꝓpter septem. Primo ꝓpter bonorũ amissionẽ. vñ eccl̃ia. ix. dicit. Qui in vno peccauit multa bona pdidit: hinc anime peccatrici Jere.ij. dicit. Quã vilis facta es nimis iterans vias tuas. Item scd̃o ꝓpter eterne pene incursionẽ ꝓpterea aia peccatrix illud trenoꝝ primo dicit Dedit me dñs in manu de qua non potero resurgere. Et hoc dicit quia peccatuz mortale obligat ad penam eternam: non propter circũstantiã tp̃is. sz ꝓpter circũstantiã illius in quo peccatur vt dicit alex. de ales vbi supra. qui cum sit eternus mandata eius implentibus eterna bona ꝓmittit: trãgressoribus eternũ cõminatur suppliciuz vt qui in suo eterno eternũ iudicem offenderunt: in eius eterno eternaliter crucient. Et impletur illud deutro.xxv. pro mensura pci erit plagarum modus. Tertio ꝓpter ipsius pene cõmutationem: q2 talis pena in sacramento penitẽtie cõmutatur in tp̃alem: hinc sacerdotibus Joh. xx. dñs dixit. Quorum remiseritis pcã remitũt eis. Quarto ꝓpter hũiliatione. vnde augu. Ad hoc deus exigit confessionẽ vt sanet humilez vt puniat superbientẽ. Quinto propter gratie infusionẽ. Hinc prouer. primo scriptũ est Ne dimittas legẽ

matris tue. vz eccl'e. s. per pcm̄ mortale vt addatur gr̄a capiti tuo. s. conscientie q̄ est caput hois. Hac gratia cupiebat illuminari dauid qn̄ in psalmo dicebat Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte. Sexto ꝑpter angelorū consolationem quia Luce. xvij. scriptū est Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore penitentiā agente. xx. di. Qr tua. xxiij. q. iiij. Ex his. Ultimo ꝑpter creatoris pacificationē ꝛ glorificationē. vn̄ ꝑuer. xiij. dicitur Qui timet preceptū in pace versabitur. ꝛ Josue. vij. dicitur Da gl'iam deo et confitere quid feceris. Hinc est ꝙ naaman syrus venit ad curationez lepre que significat peccatū mortale sicut habet in prima parte huius presentis ep'le que de se clara est et expositione non indiget

¶Questio secunda quibus purgat peccatum mortale et que sunt illa.

Uerit a doctoribus. Si homo possit seipsum mūdare: sicut potest seipsum peccato inquinare. quia dicitur in scd̄a parte huius ep'le. Uade ꝛ lauare septies: et quare dicit septies. Et dicunt doctores ꝙ solus deus iustificat impiū vt ait ap'ls ad Roma. viij. delendo culpam et infundendo gr̄am. propter ꝙ dicit ei psalmista psal. xx. Amplius laua me dn̄e ab iniquitate mea: ꝛ a peccato meo mūda me. de pe. di. iij. Tota. Et dn̄s dixit petro Joh. xiij. Si nō lauero te non habebis partē mecū De peni. di. iij. potest fieri. xxv. di. ecce. xxiiij. q. j. Que dignior. De penitē. di. iij. Ad hoc instant. lauat tn̄ homo seipsum quādo facit quod in se est vt deus lauet illū: facit aut̄ qd̄ in se est quando lauat se septies: qr septem sunt que lauant pcm̄. Primus est baptismus fluminis. actuū ij. Baptizetur. i. lauet: vnusquisqz vestrū in remissionē peccatorū. Secundum est baptismus sanguinis: Hinc de martyrib⁹ apoc. vij. di. Hi sunt qui venerūt ex magna tribulatione ꝛ lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tertiuz est baptismus flaminis. vn̄ dictū est ap'lis actuuz ij. Baptizabimini spū sctō. Quartuz est baptism⁹ penitētie. Hic Jo. xiij. saluator dixit. Qui lotus est supple sacramēto baptismi: nō indiget nisi vt pedes. vz affectionuz lauet ꝑ penitentiam verā. Quintū est effusio lacrimarū quia ſm Ambro. Lacrime lauant delictū quod voce pudor est confiteri. ꝛ dauid in psal. vj. Lauabo per singulas noctes lectū meū lacrimis meis stratū meum rigabo. l. di. Si quis diaconus. Sextuz est largitio elemosinarū. vnde saluator Math. xiij. Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Luce. xj. xij. q. j. Quia tua. xvj. q. iiij Decimas. de pe. di. j. Medicamentum. Septimum et vltimū est auditio deuota diui verbi. Hinc xp̄s Joh. xiiij. discipulis dixit. Uos mūdi estis propter sermonē quē locut⁹ sum vobis. Et propter hec oia dixit helyseus naaman syro. Uade et lauare septies in iordane ꝛ recipiet sanitatem caro tua. et reliqua que de se clara sunt

¶Questio tertia de effectu purgationis peccati mortalis.

q Querit a doctoribus: Qui sunt effectus vel que sunt signa vere purgatiõs peccati mortalis. Et dicunt q sunt septez. Qui effectus vel que signa nominantur in his verbis ezechie.esa.xxxviij.positis: ait eni. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine anie mee. Primũ ergo signum dicitur recordationis Nam ad hunc sensum Grego. ait. Debet vniuscuiusq; mẽs causas suas apud deũ ⁊ causas dei contra se sollicita inqsitione discutere. Aliđ signũ dicit absconsionis: q: dz tibi Hinc dauid in psal. Meditatio cordis mei in ɔspectu tuo semper: qm̃ infirmus nõ stat i platea sz in camera. vnde Math.vj. Tu autẽ cũ oraueris intra cubiculũ tuũ. Tertium dicitur signuz vnionis q: dicit: oẽs vnde dauid in psal'. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Quartũ signum dicit ordinationis ⁊ nõ confusionis quia dicit: ãnos: ob quod dauid dicit in psal. Anni mei sicut aranea meditabunt. Nam aranea totum studiũ suũ ponit vt ordinet telaz. et pctõ: vt ordinet penitentiã

Quintũ signũ dicit appriatõis quia dicit: meos. Nam ad gala.v. paulus ait. Unusquisq; on⁹ suũ portabit. Sextum dicit signum amaricationis. hinc dicit: in amaritudine iuxta illud esa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Septimum signum dicitur verificationis quia dicit: aie mee. vñ qui purgatur vere a pctõ ⁊ non ficte facit quod scribitur Joel.ij. qui ait. Scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vr̃a. Nam.j.Regũ.xvj.scriptum est Deus cordis inspector est xv.q.ij. Si a sacerdotibus.xxvj.q.vj. Si presbyter.⁊c. Cognouimus extra. ne sede vaca.c.j. extra de symõia.c. Nos Qui vere purgatur a pcõ his effectibus ⁊ his signis: caro eius efficit sicut caro vnius paruuli patet in tertia parte hui⁹ ep'le de naaman syro: que etiã clara est. quod miraculũ ponitur in euangelio hodierno Luce.iiij. descripto Felix igitur qui a lepra peccati mortalis vt mereatur primã gr̃am mundus efficitur Quod oibus viribus facere septem rationibus ducit: septẽq; vt scđa parte diximus aia mundatur septem signis ⁊ effectibus clare manifestatur: ⁊ septem donis spũs scti ad gaudia ducitur: ad que nos perducere dignetur qui in capharnaũ multa signa fecit. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia tertie hebdomade. expositionis ep'le de misericordia Sermo. xviij.

m Mulier quedã clamabat ad helyseũ.iiij. Re.iiij.ca. hec v̈ba scribunt. Pro exordio huius sermonis querit a doctoribus. Utrũ misericordia sit maxima virtutũ. Et dicunt ipsi q b̃m se est maxima: quia ad eã ptinet q plus est alteri effundere ⁊ aliorũ defectus subleuare. et hoc est maxime superioris. vñ misereri ponitur proprium deo: qm̃ per eã suã potentiã manifestat. Hinc Luce.vj. scribitur pater vr̃ misericors est qui solẽ suuz

oriri facit sup bonos ⁊ malos.xxiij.
q.iiij.§.Ex his oibus.Verũ quo ad
habenté non est maxima nisi ille q
habet sit maxmus.Cõcordat Alex.
⁊ Tho.2ª 2ᵉ.q.xxx.ar.iiij.quis in/
ter oés virtutes que ad ꝓximũ per/
tinent potissima sit misericodia: tũ
quia cultui diuino prefertur scđum
Math.xj. Misericordiã volo et nõ
sacrificiu.tmum quia Ambro.dicit
Omnis sũma discipline xpiane in
misericordia et pietate est. tuz quia
paulus.ij.ad Thimo.iiij.dicit Pie/
tas ad omnia valet ꝓmissioné ha/
bens vite que nũc est: ⁊ future. xlij.
di.in ꝑncipio.Hinc est ꝙ sicut heri
monuit nos eccl'ia a lepra pci morta
lis curari: sic hodie monet oleo mi/
sericordie ⁊ pietatis vngi Qđ pete/
bat mulier quedã de vxoribus pro/
pharũ que clamabat ad helyseũ vt
dicunt verba proposita in prin //
cipio presentis epl'e declarande In
qua tres vtiles questiones queruntᷓ
Prima est de misericordie inducti
one.in principio. Secunda est de
misericordie ꝯditiõe.ibi. Quid vis
vt faciam tibi. Tertia est de miseri
cordie fructificatõe.ibi Vade ingt.

¶Questio prima de misericordie
inductione. vz quibus inducimur
ad habendam misericordiam.

q Veritᷓ a doctoribus: qui/
bus prouocamur ⁊ indu/
cimur ad habendã mise/
ricordiã. Et dicunt ꝙ se/
ptem rationibus.quarum Prima
dicitᷓ diuine preceptionis.nã Luce
vj.ait xpus. Estote misericordes si
cut ⁊ pater vr̃ celestis misericors est
ac si diceret: filij debét imitari vesti/
gia patris: sed vos estis filij dei per
creationé. ꝑ adoptioné et guberna
tioné.ergo debetis ipm imitari: sed
ipse est misericors iuxta illud psal.
Misericors ⁊ miserator dñs. ergo
debetis esse misericordes. Alia di
citur pie ꝯsiderationis: nã quilibet
diligéter ⁊ pie debet ꝯsiderare quã
ta deꝰ largiatur homini: etiã inimi
co suo peccatori. ⁊ cũ illa ꝓspexerit
amore sui misericordiã faciet alteri
vnde Grego. Deus tribuit pctõri
fertilitaté rerũ.trãquilitaté tempoꝝ
sanitaté corporũ.pané ad vescendũ
lucem ad videndũ: aeré ad spirandũ
⁊ hoc ingratis imo retribuentibus
mala pro bonis: ⁊ odiũ ꝓ dilectiõe
Tertia dicitᷓ assimilationis. Nam
quãuis peccatores deũ grauiter of/
fendant: tamé misericordia ad peni
tentiã eos iugiter expectat. Unde
esa.xxx. dicitur Expectat dñs vt mi
sereatᷓ vr̃i: quomodo ergo quo ad
posse nõ assimilabimur ei. Quarta
ratio dicitᷓ remissionis: Nã quãuis
deus satis fuerit offensus: longo té
pore ad iracundiã ꝓuocatus.tamé
dicit per ezech.xviij. Quacunqz ho
ra ingemuerit peccator omniũ ini/
quitatũ eius non recordabor. quis
ergo tam durus erit: vt ocius hoc
audiens ad misericordiã nõ incline
tur. Quinta ratio dicitᷓ intime con
functionis.naturale enim est vt mé
bra inuicem cõpatiantur. Hinc ad
corin. xij.paulus ait Si quid patitᷓ
vnũ membrũ: cõpatiuntur oia mé/
bra.sed nos vt dicit idem apl'us: su
mus inuicé membra. Sexta ratio
dicitur exemplificationis. Nam de
natura aialiũ legitur ꝙ aues adeo
compatiuntᷓ ad inuicé: ꝙ vna nũqz

comedat alia eiusdẽ speciei: leones etiam ferocissimi parcũt hominib⁹ prostratis. vñ merito dici potest illud psal. pertrãsibũt oẽs bestie silue. vz in misericordia. Septima ꝛ vltima dicitur remunerationis. Nam qui suã necessitatẽ ꝛ miseriã considerat facilius ꝛ libentius alienã releuat. Hinc prouer. xiiij. Ex teipso cognosce que sunt ꝓximi tui. ergo ꝓximi necessitati subueniendũ est ꝛ aliene miserie cõpatiendũ: quia impartit xp̃o omne bonũ quod fit proximo Hinc math. xxv. dicit Quód vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis Recte ergo his rationibus ↄcludit vt iudiciũ accipiat qui misericordiã non fecerit iuxta illud Ja. ij. Judiciũ sine misericordia fiet illi qui nõ fecit misericordiã. xxiiij. q. iiij. §. p̃cepta ꝟo de pe. di. j. Libẽter. Hinc est ꝙ mulier quedã vnius ꝓph̃e quam tñ scriptor ep̃le nõ nomiat clamabat ad helyseum virũ pium ꝛ misericordem in quo requieuerat duplex spũs in predicendo futura et opando miracula dicẽdo. Seruus tuus non naturalis aut emptici⁹ vel quouis modo: sed ex quadã reuerentia vir meus mortuus est. ꝛ tu nosti q2 seruus tu⁹ fuit timẽs deũ: aliter nõ fuisset amicus helysei. Et ecce creditor: quasi dicat: ↄsidera miseriam ꝛ facies misericordiam.

¶ Questio secunda de conditionibus mie varijs in scripturis notatis

Q Uerit a doctoribus: que sunt conditiones misericordie. Et q2 scd̃m Aug. ix. de ciui. dei Misericordia est aliene miserie in nr̃o corde cõpassio: hec quidẽ cõpassio potest esse motus appetitus sensitiui: ꝛ sic non est virtus: sed naturalis passio Et potest esse motus appetitus intellectiui: ꝛ sic nõ est virtus nisi ratione reguletur. vnde Salusti⁹ Oẽs homines qui de rebus dubijs ↄsultant ab ira et misericordia vacuos esse decet. Nõ eni aim⁹ facile verũ prouidet vbi ista afficiũt. Regulat aũt rõne vt dicit Aug. ix. de ciui dei qñ ita prebetur misericordia vt iusticia conseruet. sicut fecit ille pius et misericors zacheus vt Luce. xix. scriptũ est qui in sua misericordia septem ↄditiones obseruauit. quarũ

Prima dicit velocitas quia ibi dicitur. ecce. nec mirũ quia ꝓuer. iij. dicitur Ne dicas amico tuo vade: ꝛ cras dabo tibi cũ statim possis dare. maxime cũ Seneca dicat. Nihil carius emit ꝗ3 quod multis precib⁹ compatur. Alia cõditio dicitur largitatis quia dicit ibi. dimidiũ: ideo paulus. ij. ad Corin. ix. dicit Qui parce seminat pce et metet. idcirco faciendũ est qd̃ thobias. iiij. dixit filio suo: si multũ tibi fuerit habũdãter tribue. Tertia conditio dicitur bonitatis q2 dicitur ibi. bonorũ: iuxta illud eccl'i. xxxv. Noli offerre munera praua nõ eni suscipet illa deus j. q. j. parsymoniã Nõ est ergo faciendum ꝑm imperiũ Caym: sed ꝑm dictũ sapientis prouer. iij. De primicijs frugũ tuarũ da pauperibus.

Quarta conditio dicit proprietatis quia dicitur ibi. meorum. Certe eccl'i. xxxiiij. dicit Qui offert sacrificium de substantia pauperis quasi qui victimat filiũ in ↄspectu patris quod exponitur. j. q. j. Nõ est putã

da. Et isydor⁹. De rapinis & bonis alienis eccl'iam facere nō est misera tiōis officiū: sed criminis potius in crementū. licet de hoc Augu. xiiij. q. v. ca. Qui habetis dicat: de pctō non nunquā aliqua acquirunt que paupibus iuste erogant. huiusmodi enim scdm Richa. in. iiij. di. xv. q. ij. ar. v. lucrum meretricij: quāuis offerri non debeat in altari propter reuerētiā sacramēti. q: deutro. xxj. scribitur. Non offeres mercedem pstibuli in domo dñi dei tui. De ceteris male acquisitis ait Aug. xiiij. q. v. Nolite velle facere elemosinas de fenore & vsuris: nā de his & similibus faciēda est restitutio. c. Etate extra de iur iurā. licet de incertis dicat Aug. vbi s. Qui habetis aliqd de malo facite inde bonum. De symonia faciendū est sicut dicit c. de hoc autē et. ca. Veniens. Quinta conditio dicitur charitatis quia ibi dicitur dñe. vz amore dei facienda est elemosina et nō alia intentione. vnde Aug. super psal. Nullū eteni munus deo plene est gratū nisi ex amore procedat: non potest panis ad cibū placere nisi fuerit igne decoctus. Hinc. j. ad Corin. xij apl's ait Si distribuero oēs facultatates meas & reliqua. Sexta cōditio dicitur donabilitatis: q: ibi dicitur do. ait eni seneca. Nihil est venali mia turpius. Ultima conditio dicitur pauptatis qui ibi dicit pauperibus iuxta illud esa. lviij. Frange esurienti panem tuū. Hec oīa fuerūt in elemosina et misericordia helysei quā meritis suis obtinuit miraculose a dño et fecit vidue. vt pz inspicienti scdam partē huius epistole que ex se pz. ad alia igit dicēda pcedamus

Questio tertia de fructibus et triumphis misericordie.

Querit a doctoribus quot sunt fructus et triūphi misericordie et pietatis. Et dicunt q̄ sunt septē. Primus eorū dicit peccatorū remissio vñ ecci. xliij. dicit. Ignē ardentē extinguit aq̄: & elemosina resistit peccatis. Et thob. iij. Elemosina liberat a peccato. de pe. di. j. ca. miror. et ca. Medicina. Alius dr bonorū tpaliū multiplicatio. Hinc grego. ait. Terrene substātie p hoc q̄ pauperibus distribuunt multiplicant. sicut de quodā Bonifacio in libro dialo. legit. Terti⁹ dicit supplicatio. vñ. eccl'. xxix. dr Cōclude elemosinā in sinu pauperis et ipsa orabit pro te. Quitus dicit a malo liberatio. vnde in psal. dr. Beatus qui intelligit super egenum et pauperē in die mala liberabit eum dominus. Quintus dr diaboli expugnatio. Hinc quedā glo. dicit. De nullo sic vincit diabolus sicut de misericordia: quia est melior omnib⁹ sacrificijs Math. xij. l. di. Ponderet. Sextus dr dei delectatio. quantū eniz delectat deus ipsa misericordia. patet q: p misericordiā homo deo efficitur similis. Unde luce. vj. Estote misericordes sicut & pater vester celestis misericors est. Leo papa in quodam sermōe dicit. Misericordie virtus tanta est vt sine illa cetere virtutes etiaz si sint prodesse nō possunt quāuis eni quis sit fidelis et caut⁹ et sobrius et alijs moribus adornatus insignibus: si tamē misericors

nõ est: misericordiã nõ meret. Pe-
trus reuenas ait. In regno celi corã
angelis in conuentu resurgentiũ ꝙ
abel passus sit: ꝙ noe mundũ salua
uit: ꝙ abraã fidẽ seruauit: ꝙ moy-
ses legez tulit: ꝙ petrus resupinus
crucẽ ascendit: dñs tacet: ⁊ clamat
qđ paup comedit dicens. Esuriui ⁊
dedistis mihi mãducare Hãc mise
ricordiã ostendit deus filio ꝓdigo
Nam vidẽs eũ a longe: vt dicit pe-
trus rauenas in quodã sermõe. di-
xit seruis suis. ite ꝓferte stolam pri-
mam. nõ dixit: vnde venis: vbi fui
sti: vbi sunt que tulisti: quare tantã
gloriã in tantã turpitudinez cõmu
tasti. sed proferte stolã et induite il-
lum. Uidetis quia delicta nõ videt
vis amoris: et tãta misericordia pa
ter delicta nescit. Ultimus dicitur
supernalis glorificatio. vnde pau-
lus ad thi. iiij. Pietas ad oĩa valet
promissionẽ habẽs vite que nũc est
⁊ future. xlij. di. In principio. quod
patet in tertia parte huius epl'e Nã
helyseus mulieri vidue dixit. Ua-
de vende oleum et redde creditori
tuo. Ecce ꝙ misericordia sufficit in
presenti. Tu aũt et filij tui viuite de
reliquo. Ecce ꝙ sufficit in futuro.
Nam mulier significat aniam. filij
intellectũ et voluntatez: domus est
militans ecclesia: in qua viuim⁹ de
oleo. i. de mia. Patet hoc etiaz per
euangeliũ hodiernuz math. xviij.
descriptũ: quod loquit de fraterna
correctione que opus est misericor
die: ⁊ de peccati dimissione que pie
tatis est operatio: hec eñi quo ad ꝓ
ximũ maxima virtus est. Ad quam
septẽ rationibus inducimur: septẽ
quoqꝫ conditõibus regulamur: ⁊ si
ea vtamur septẽ fructibus et trium-
phis coronabimur. prestante dei fi
lio qui ex misericordia pro nobis
in cruce mortuus est. qui cum patre
misericordiarũ et luminũ viuit et re
gnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta tertie hedomade
xl. expositionis epistole de prece-
ptis. Sermo. xix.

h Ec dicit do
minus: honora patrẽ
tuũ et matrẽ tuaz vt sis
longeu⁹ sup terrã. Ex
odi. xx. hoc verba scribunt. Pro ex
ordio huius sermonis querit a do
ctoribus. An christianus de neces-
sitate salutis teneat obseruare legẽ
moysi sicut legẽ xpi. Et dicũt ꝙ in
lege moysi sunt quedã moralia: q-
dam cerimonialia: et quedã iudici
alia. Dimissis cerimonialibusque
de necessitate nõ erãt: nisi quantũ
moralia declarabãt. Nam quantũ
ad ista obseruatio legis moysi erat
nimis dura. Unde augu. ad ianua-
rium refert. ꝙ rabi moyses numera
uit in lege veteri sexcenta precepta
Et dimissis iudicialib⁹. i. ea que fu
erant ordinata per septuaginta se-
nes etate et moribus vna cũ moy-
se vt habet numeri. xj. Nã ista vt di
xi nõ obligãt nisi quantũ faciũt ad
precepta moralia. De ipsis morali
bus loquendo dicũt: ꝙ christianus
de necessitate salutis tenetur ita ad
obseruationẽ vnius sicut alterius.
Et ratio est quia lex xpi cõtinet in
lege moysi. sicut ipsa ꝯtinet in lege
nature. sic rota in medio rote. ezechi
elis. j. Naz lex naturalis habebat

vnũ preceptũ bonũ esse diligenduz et quia hoc erat multũ generale: expositione indiguit: que facta est in lege moysi Quũ cũ duplex sit bonũ Increatum et creatũ. datũ est vnũ preceptũ respectu boni increati qđ est deus. deutro. vj. Diliges dominum deũ tuũ. Et aliud preceptũ respectu boni creati qđ est proximius leui. xix. Diliges amicũ tuũ. vz proximũ. Ad quorũ declarationẽ ordinata sunt decẽ precepta decalogi que magis declarant in euangelio xpi. Hinc ipse xpus math. v. dixit. Non veni soluere legẽ sed adimplere. Et quia necessitatis est legez moysi obseruare: ideo post curationem lepre spũalis que est peccatuz mortale. et post adeptionẽ olei misericordie: lex moysi in medio posita est per epistolã hodiernã. ¶ In qua tres vtiles questiones queruntur. Prima est de legis explanatione. in principio. Alia est de legis recordatione. ibi. cunctus aũt ppl's Tertia est de legis perfectiõe. ibi. Dixitq; preterea deus.

¶ Questio prima de legis explanatione videlicz quot sunt precepta legis: et quot sunt distincta in tabulis et quare in hac ep'la primo ponunt pcepta que ptinẽt ad pximũ.

q Uerit a doctoribus quot sunt precepta legis ⁊ quõ distinguunt in tabulis et quare in hac ep'la primo ponunt precepta que pertinent ad proximũ. Et dicunt quantũ ad primũ ꝙ sunt decẽ. et ratio est quia legislator duo principaliter intendit Primo vt subditi ordinent ad pncipem Secundo vt ordinent ad se inuicẽ. Sic precepta legis ex diuersitate formalis obiecti ordinãt primo ad deum: secundo ad proximũ Ordinant ṽo ad deũ triplici ratione. Primo opere exhibendo reuerentiã diuine maiestati: et sic datur primũ preceptũ. vz Nõ habebis deos alienos In quo precepto scđm Aug. includit quodlibet preceptũ operis deo necessario exhibendũ. Secundo ore exhibendo reuerentiam diuine veritati: ⁊ sic dat aliud preceptũ. vz Nõ assumes nomẽ dei tui in vanũ. vbi glo. Non adduces primã veritatẽ in testimoniũ alicui⁹ falsi crediti vel opinati vel dubij v'l veri nõ necessarij. Tertio corde exhibẽdo reuerentiã diuie bonitati'. et sic dat illud preceptũ. vz Memẽto vt diem sabbati sanctifices. vbi glo. abstinendo ab omni eo qđ cultum dei et quietẽ mentis impedit. Istorũ triũ preceptorũ Primũ pertinet ad patrẽ in quo est auctoritas Aliud ad filiũ in quo est equalitas. Tertiũ ad spiritũ sanctũ in quo est vtriusq; charitas Ordinant etiam nos ista precepta ad pxmũ duplici modo. vz per exhibitionẽ beneficij et perfugam nocumenti. Primo modo dat hoc preceptũ: Honora patrem tuũ et matrẽ tuam. vbi glo. Omni proximo ẽm statũ suũ debemus honorẽ et beneficiũ impendere. artius tñ parentibus qui nos genuerunt. Aliomodo tripliciter esse potest: nocumento operis: oris et cordis. Opere etiã triplici ratione fieri potest. Primo in persona propria proximi. ⁊ sic dat octauũ precептum Nõ occides. vbi glo. nec voluntate: nec verbo: nec manu inno

centē occidas quia de maleficiis ex
odi.xx.scriptū est. Maleficos non
patiaris viuere: loquēdo iudici cui⁹
interest iusticiā facere. Aliomodo
in persona cōiuncta: et sic dat̃ sextū
preceptum. vz Non mechaberis
quo precepto quāuis ꝓprie prohi-
beat̃ adulteriū. quia mechia grece
adulteriū latine. tñ ſm glo. omnis
vsus mēbrorū genitaliū excepto se
dere matrimonij prohibet̃. Tertio
modo in re vtili vel exteriori substā
tia ⁊ sic dat̃ septimū ꝑceptū vz. Nō
furtū facies. quo precepto simplici
ter omnis illicita vsurpatio rei alie
ne ꝓhibetur. Potest etiā fieri nocu
mentū oris proximo et sic dat̃. Nō
falsum testimoniū dices. vbi impli
te ſm aug. ꝓhibet̃ omē mēdaciū et
oē nocumētū oris respectu ꝓximi.
Corde vero dupliciť ꝯtingit nocere ꝓ
ximo sicut duo sunt illa q̃ corde pos
sūt ꝯcupisci puta res delectabilis vł
res vtilis. Si est res delectabilis: sic
datur nonū preceptū vz. Nō ꝯcupi
sces vxorē proximi tui. ſm glo. pro
hibetur concupiscentia cuiuscunqꝫ
mulieris que vxor nō est. Si vero res
est vtilis datur vltimū preceptū. vz
Non concupisces rem proximi tui
His ꝯcordat doctor subtilis ⁊ alex.
de ales in. iiij. di. pe. et nico. de lira
Dicunt etiā doctores quantū ad se
cundū ꝙ iosephus dixit ꝙ quinqꝫ
ꝑcepta erant et vna tabula et quin
qꝫ in alia. qm̃ ad litterā q̃libet tabu
la habebat duas superficies: ⁊ in q̃
libet superficie fuerunt scripta duo
precepta ⁊ dimidiū. et sic in quatu-
or fuerūt scripta decez. Origenes
ponit quatuor ꝑcepta in vna tabu
la et sex in alia. Augu. cōsiderans
rationes formales obiectorum tria
ponit in prima tabula. et septē po-
nit in secunda. et hic modus dicen-
di cōiter tenet̃. Quantū ad tertium
dicunt ꝙ ꝓpter tres rationes hoc
factū est. Prima qr ꝓ statu isto no
stra cognitio respectu dei icipit ab
effectu. vz a creatuta. Hinc paulus
ad Ro. j. Inuisibilia dei a creatura
mundi per ea que facta sunt intelle
cta conspiciunt̃. Item quia hoies
maxime christiani qui sunt fideles
magis sunt proni ad offendendum
proximū q̃ꝫ deū. Tertio quia in di
lectione proximi includit̃ dilectio
dei. Ideo prima pars huius episto
le dicit: honora patrē tuū ⁊ reliqua
que per ea que diximus iam nota
facta sunt.

¶ Questio secunda de preceptorū legis recordatione.

q Uerit̃ a doctoribus que
sunt illa que ducunt nos
ad recordationē ꝑcepto-
rum legis. Et dicunt ꝙ
sunt multa. Primū dr̃ illuminatio
Unde in psal. Preceptum dñi luci-
dum illuminās oculos. Scđm dr̃
inflāmatio. vnde iterū in psal. dici
tur. Ignitū eloquiū dñi vehemen
ter. Tertiū dicit̃ in bono confirma
tio. Hinc dauid dicit. Cōfirma me
in verbis tuis. Quartū dr̃ eterne
vite ingressio. vñ math. xix. Si vis
ad vitam ingredi serua mandata.
Quintū dicit̃ diuina visio. nā moy
ses qui legē tulit quodā raptu deifi
co ad diuinā caligine introductus:
deū per essentiā vidit. vt dicit aug.
in lib. de videndo deū ad paulinū.
Sextū dr̃ diuina clarificatio: quia

facies moysi diuina claritate resplē duit. vnde exo. xxxiiij. di. Facies ei⁹ erat cornuta Septimū dicit diui/ na retributio. vnde in psal. Dauid dicit. Inclinaui cor meū ad facien das iustificatiōes tuas ꝓpter retri/ butionem. Octauū dī secretorum intellectio. propterea dauid dicit. A mandatis tuis intellexi propte/ rea odiui omnez viam iniquitatis. Nonū dī vltima saluatio q̄ idem psal. dicit. Fiat manus tua vt saluet me q̄m mandata tua elegi. Deci/ mum dī diuina timoratio. quia in secunda parte huius epistole dicit. Cunctus ppl'us audiebat voces et videbat lampades et sonitū bucci/ ne monteq̄ʒ fumigantē. ⁊ perterriti atq̄ʒ pauore ꝯcussi steterūt ꝓcul di/ centes moysi. Loquere tu nobis et audiemus: nō loquat̄ nobis deus neforte moriamur. Et ait moyses ad ppl'm. Nolite timere: vt eni pro/ baret vos venit deus et vt terror il lius esset in vobis et nō peccaretis. vʒ preceptoꝝ recordatōe. De quoꝝ recordatione nemo excusationem habere potest cum sint scripta intus in aīa penna spūssancti iuxta illō Jere. xxxiij. Dabo legē meā et scri bam eam in cordibus eoꝝ. nec solū precepta perpetuo memoriali scri/ pta sunt in corde. sed exteri⁹ scripta sunt in corpore manibus ne vnquā aliqua obliuiōe deleant̄. In manī/ bus pmo p decē digitos. In pedib⁹ p decē articulos. Et i capite p quiq̄ʒ sensus interiores: et quinq̄ʒ exterio res. Ideo in tribus partibus corpo ris scripta sunt: vt intelligamus q̄ diuina precepta regulant operatio nes: affectiones: et sensuū conuer/ sationes. Hinc apoc. v. scriptū est. vidi in dextera sedētis sup thronū librū scriptū intus et foris. Quid p dexterā sedētis sup thronū designa tur nisi potentia diuine maiestatis. Et quid pet thronū nisi aīa deuota in qua delectabiliter de⁹ requiescit. Juxta il ud sapi. viij. Delicie mee esse cū filijs hominū. que aīa ꝓpter dignitatē thronus dei dī. Que de/ bet esse clara per puritatē solida per stabilitatē. sublimis p terrenoꝝ elō gationeʒ. Liber in manu sedentis: precepta diuina significat: qui in/ tus et foris scriptus est eo q̄ prece/ pta diuina debēt scribi intus in aīa per deuotionē. foris in corpore per operis obſuationē. Sʒ de his satis

¶ Questio tertia de legis perfecti/ one. vʒ vtrum omnia precepta in dilectione dei velut in perfectiori obiecto consistat.

q Uerit̄ a doctoribus An oīa precepta tanq̄ʒ in no biliori ⁊ perfectiori obie/ cto in dilectione dei con sistāt. Et dicunt q̄ sic. quia cum ad Ro. xiij. scriptum sit. Plenitudo le gis est dilectio: a radice charitatis ſm Grego. omnia precepta ⁊ eorū obseruationes emanāt ⁊ ad ipsam tanq̄ʒ ad vltimū terminū ordinan/ tur ⁊ reducūtur. Nam charitas est qua diligitur deus ꝓpter se. ⁊ pro/ ximus in deo vel propter deum. per fecta aūt dilectio dei vnit mentem diuine potestati diuine veritati et diuine voluntati. Cui⁹ ratio est. q̄ homo perfecta dei dilectione sic si/ bi vnitur q̄ omnes suas actiones refert in dei laudem ⁊ honorē: ipsi⁹ potentiam cū obsequio venerādo

quod ad primũ mandatũ pertinet.
Similiter dirigit omnes suas locu
tiones in dei laudẽ ꝛ honorẽ ipsius
veritatem insectando: quod perti/
net ad secundum mandatum. Diri/
git esse omnis suas affectiones in
dei laudem ꝛ honorẽ ipsius bonita
tem mutando: quod pertinet ad ter
tium mandatũ. Precepta etiã que
pertinẽt ad dilectionẽ proximi ab
ipsa dilectione dei procedunt. Cer
te constat quia quicunq; proximũ
pfecte diligeret: ipsum libenter ho
noraret ꝛ eius neccessitatibus sub/
ueniret ꝛ nũq̃ nocumentũ ei aliqđ
inferret nec corde. nec ore. nec ope
in quo precepta scđe tabule inclu/
duntur. Ecce igit̃ ꝙ omnia prece/
pta in dilectione dei ꝯsistunt Ideo
in. iij. parte huius ep̃le dicitur. Di/
xitq; preterea dñs ad moysen Hec
dices filijs israel. Uos vidistis ꝙ
de celo locutus sum vobis. Nõ fa/
cietis deos argenteos. nec deos au
reos facietis vobis. Altare de terra
facietis mihi et reliqua. Altare dei
cor hominis est. quod in dilectione
dei ꝛ proximi consistens: ad mo/
duz terre debet habere Primo fir/
mitatem humilitatis contra super/
biaz. Hinc. j. pec. v. scribitur. humi
liamini sub potentĩ manu dei. iij.
q. j. Nulli. Secundo soliditatem
fidei contra infidelitatẽ. hereticoꝝ
vt dr̃ in. c. Excõicam⁹. de hereticis.
ꝛ diuinorũ. extra de sorti ca. Excõ/
municamus et sortilegium. q. xv.
iiij. non licet. vbi dicitur. Non licet
christiano elementa colere nec lu/
ne nec stellaruz cursus seruare. Ali/
ter velut pagani sunt. xxxvj. q. v.
Nõ obseruetis. Tertio frigiditatẽ
castitatis cõtra cõcupiscentiã. Nã
qui viderit mulierem ad concupis/
cendũ eaz iam mechatus est in cor
de suo. Matth. v. xxxij. q. v. Sicut
eni. ꝛ c. Si paulus. ꝛ ca. Qui vide
rit. ꝛ. q. vij. Non solum Quarto fe
cunditatem contra insolentiam et
sterilitatem bonorũ operum. Naz
ẜm Gre. Charitas operat̃ magna
si est Quito obscuritatẽ meditati
onis passionis xp̃i. q2 vt ait Greg.
Nihil est ꝙ nõ equo animo tollere
tur si xp̃i passio ad memoriaz redu
catur. Sexto tenebrositatem pe/
narum inferni. hnc dauid Descen
dant in infernum viuentes. Septi
mo condensitatem patientie. iuxta
illud. Ja. v. Patiẽtes estote fratres
Octauo cõprehensibilitatem. vz
gratiarum quia terra cõprehendi/
tur in concauo aque que significat
hic gratiam Hinc. j. petri. j. Spe/
rate in ea que offert̃ vobis gratia.
Nono purgabilitatem quia terra
a multis purgatur. sic cor ab omni
mala cogitatõe purgari debet. Nã
vt dicit hugo. Cogitatio mala pa/
rit delectationem. Ultimo frangi/
bilitatez quia sicut terra frangitur
ad culturam: sic cor frangitur dolo
re peccati vt recipiat gratiam. hinc
psal. l. dicitur Cor contritum ꝛ hu/
militatũ deus non despiciet. de pe.
di. j. cap̃. ij. cap̃. In actione Cor
aũt quod habet has ꝯditiones pre
cepta legis ad que tenemur necessi
tate. vt dicit̃ in exordio mirabiliter
obseruat. Que sunt in. x. tabulis di
gito dei miro modo descripta. que
x. ad memoriã reducuntur que in
dilectioue dei consistunt. quẽ si dile
xissent iudei precepta obseruassent

et nō eorum traditiōes vt dicit euā. hodiernum. Matth.v. que obser/uare nos faciat dn̄s iesus christus qui cum patre ꝛ spū sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen

¶ Feria.v.tertie hebdōe.xl. Expo/sitiōis ep̄le de verbo dei hoc est de sancta predicatione. Sermo.xx.

Factum est

matis incisio necessaria est: q2 sine
ipsa sanitas nō habetur. Cum igit
beatitudo que est finis vltimus nr
sine ↄtritione post pctm̄ haberi nō
possit: sequit φ ipsa contritio sit ne
cessaria ad salutem. Et ista est ratio
francisci in.iiij.et in tractatu de cō
tritione. dat plurima exempla. Nā
qd est vtili⁹ baptismo de quo ioh.
iij.scribit. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spū sctō non intrabit in
regnum celorū: et tamē adultis nō
prodest sine ↄtritione. qm̄ qui ficte
baptisat: sacramentū sucipit ⁊ non
rez sacramēti. Quid pterea necessa
rius eucharistia. de qua ioh.vj.scri
bitur. Nisi manducaueritis carnez
filij hois: et biberitis eius sangui
nem nō habebitis vit in vobis: et
tamē si quis sine contritōe cōmuni
caret: proculdubio iudiciū sibi mā
ducaret et biberet. Iuxta illud aplī
ad corinthi.xj. Qui māducat et bi
bit indigne iudiciū sibi manducat
et bibit. Quid vtilius passione do
mini. vnde ioh.xj.scribit. Expedit
vt vn⁹ hō moriat p pplō. Et luce
vltimo. Oportebat pati xp̄m. et tn̄
sine contritione iude non profuit ⁊
cum cōtritione latroni paradisum
donauit. vnde iero. O lachryma cō
tritionis humilis tua est potentia:
tuū est regnū: tribunal iudicis non
vereris: amicorū tuorū accusatori
bus silentiū imponis: nō est qui te
accedere vetet: si sola intras: vacua
nō credibis crucias magis diabolū
q̄z pena infernalis. quid plura: vi
cis inuicibilem: ligas omnipoten
tem. inclinas filium virginis. hinc
dn̄s pe. esa. peccatori contrito dic
in tpe placito cōtritōis exaudiui te
Que sunt verba pposita pn̄tis eple
declarande. ¶ In qua tres vtiles q̄
runt de ↄtritione questiones. Pri
est de sui diffinitione. in principio.
Scda est de sui conditiōe. ibi. lau
date celi. Tertia est de sui fructifica
tione. ibi. Et dixit syon.

¶ Questio prima de diffinitiōe cō
tritōis. s. quid sit cōtritio: ⁊ vn̄ dicat

Querit a doctoribus quid
sit contritio ⁊ vnde dicat
vel noiet. Et dicunt septē
per ordinē ad questionez
respondendo. Primo dicūt φ cō
tritio est dolor volūtarie assumptus
p peccatis cū proposito cōfitendi ⁊
satisfaciendi. Et hic dolor ideo cō
tritio dicitur: q2 sic in naturalibus
aliquid dicitur conterī: qn̄ in mini
mas partes redigit. Ita cor pecca
toris dicit conteri: qn̄ affectus pec
cati scdm omnē sui partē in eo omi
modo confringit. Secundo dicūt
φ cor peccatoris veneno pcti velut
vas fictile plenū est: ppter φ pctōri
bus dn̄s per ioelē.ij.ca. dicit Scin
dite corda vestra. Tertio dicūt φ
duabus molis cor pctōris frangi et
conteri debet. vz mola spei. iuxta il
lud esa.l. Qui ābulauit in tenebris
vz peccatorū ⁊ non est lumen ei spet
in nomine dn̄i. Et mola timoris di
cens cum aplō ad hebr.x. Quā hor
rendum est incidere in man⁹ dei vi
uentis Una est ex ↄsideratiōe diui
ne misericordie: altera est ex cōside
ratione diuine iusticie: ⁊ vna sine al
tera nō valet. Hinc deutro.xxiiij. di
citur Non accipies loco pignoris
inferiorem aut superiorē molā. Nā
superiori. vz spei: multi ad baratruz
diaboli deuoluti sunt. Et mola in

ferlori timoris chaym τ iudas dam
pnati sunt. Quarto dicũt ad quid
conterit cor peccatoris quia aia ad
imaginẽ dei facta: τ ex pctis deni
grata τ indurata reformat τ emolli
tur. q₂ eccl'. iiij. scriptũ est. Cor durũ
male habebit in nouissimo. Quin
to dicunt ꝙ sicut attritio prouenit
ex timore: quia Initiũ sapientie ti/
mor dñi: ita ↄtritio ꝓuenit ex amo/
re. Sexto dicunt ꝙ attritio est do/
lor qui habet de magnis peccatis
Contritio est dolor oium pctõrũ: vñ
attritus velut mõs lapidũ murmu/
rando ↄtra redarguentem cũ ab ali
quibus pcis que sibi parua aut nul
la vident strepitũ facit. Contritus
ṽo velut mons pulverum sine mur
mure in terra humiliter procũbens
patri spũali obtemperanter obedit
Hinc dauid in psal. Sacrificiũ deo
spiritus ↄtribulatus. l. di. ponderet
de pe. di. j. Lachryme. τ di. ij. §. op/
ponitur. Septimo dicũt ꝙ attritio
est dolor de peccatis qui elicit a vo
luntate. Contritio ṽo nõ habetur
nisi per grãm. Sed diceret aliquis
et quomodo ergo imputat mihi si
cõtritionẽ nõ habuero. Cui respon
detur: fac qđ inte est per attritionez
quia secure habebis cõtritionẽ. Cũ
dñs apoca. iij. dicat Ego sto ad ho/
stium τ pulso: siquis audierit vocẽ
meã: τ aperuerit ianuã introibo ad
illum τ cenabo cũ illo: τ ille mecũ si
cut. iiij. Regũ. iiij. ca. figuratum est
quot filij vidue offerebãt vasa τ illa
infundebat oleũ. Offer ergo cor at
tritum deo pecactor: quia illud stati
dñs faciet contritũ: cũ attritio τ cõ/
tritio idẽ essentialiter sint: differant
tñ sicut oculus dormientis τ vigilã
tis: quia primus ad tp̃s est visione
priuatus: alter est visioni ↄiunctus
Ita τ attritio est sine grã. Cõtritio
est gratie sociata. patet ergo quid
sit cõtritio τ vnde dicatur. amodo
cetera dicemus.

¶ Questio secunda de conditione
contritionis.

q Uerit a doctoribus quã
tus dolor haberi debeat
pro pctõ. Et dicunt septẽ
per ordinẽ ad hoc respon
dendo. Primo quod est vnus gra
dus ↄtritõis qui dr supabundãs: τ
est dolor vehemens ex rõe τ sensua
litate ꝓcedens: qui tm̃ augmentat
vt omnis pena pcti remittatur: sic
accidit magdalene Luce. vij. Cui
bis a dño dictũ est. Remittuntur ti
bi peccata tua q₂ primo dimissa est
culpa. scđo dimissa est pena. Hinc
Jerony. ait Lachryma cõtritionis
extinguit ignem eternalẽ: quẽ tota
aqua nõ extingueret occeani. Se/
cũdo dicũt quod est aliꝰ gradus cõ
tritionis qui dicit abundans: et est
dolor ex ratione ꝓcedens τ sensua/
litatẽ attingens: ꝙ ex ratione proce
dit necessitatis est vt dicetur: sed ꝙ
sensualitatẽ attingat perfectionis:
quia vt aplus ad Gala. v. dicit. Ca
ro concupiscit aduersus spm̃. Hinc
math. xxvj. dñs dicit. Spiritus qdẽ
promptus est caro aũt infirma. Di
cit tamen btũs Bonauẽ. in. iiij. di.
xvj. ꝙ nõ vere ↄtritus apparet qui
dampna rerũ tpalium deflet: τ pec
cata flere non potest. vnde Grego.
ait. Durus est cuius mẽtis dolorez
oculi carnis nequeũt declarare: sz
sciat se culpabiliter durũ qui deflet
dampna tpis vel mortẽ amici: τ do

lorem pcti non ostendit lachrymis Et dicitur culpabiliter durus vel se quela pcti adest: vel discussiōis negligentia pctōrū. Verū hec verba gregorij illis dicunt qui pro tpali dampno potius q̄z pro spūali atq; cicius plorant. non aūt illis qui ex humiditate cerebri flere nō possūt. qd facile intelliget qui verba illa legerit. de peni. di .iij. §. Sed quid legere conuenit. Tertio dicūt quod est alius gradus contritionis qui dicit sufficiens que est vera displicentia ratōis de peccato: ꝛ hic dolor est necessarius ad salutē: qm̄ sufficit ad expiationē pcti. Hinc dauid in psal. l. Cor contritum ꝛ humiliatū deus non despiciet. de pen. di. j. ca. ij. ꝛ. c. in actiōe. Et psal. xxxiij. dicit. Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas: ꝛ tu remisisti impietatē peccati mei. xvij. q. j. §. Si ergo de peni. di. j. Dixi. §. et his auctoritatibus ꝛ ca. vl. Et di. iij. illud vo. Quarto dicunt q̄ talis displicētia ratiōis est omni peccatori ꝯgrua. Et ratio est quia in voluntate hois: sūt duo actus contrarij. s. velle ꝛ nolle, quorum primus est ad bonū prosequēdum: alter vo ad malum fugiendū: sicut in intellectu est actus affirmādi ꝑpter verū: ꝛ actus negandi propter falsum. Primo actu peccatū ducitur ad memoriā: quia nemo potest ꝯteri de peccato cuius nō recordatur. Hinc epo ephesino apoca. ij. dicit. Memor esto itaq; vnde excideris ꝛ age penitentiā. Secūdo actu peccatū detestat tanquā diuine gr̄e ꝑuatiuū: infinite pene inductiuū. Eterne glie amissiuū. Et diuine maiestatis offensiuum. Hinc Jere. iij. peccatori dicit Recordare paupertatis. ecce primū. trangressionis. ecce scdm absinthij. ecce tertiū ꝛ fellis. Ecce quartū. vnde propha dicit Memoria memor ero et tabescet in me anima mea. Et sicut ad primū actū sequttur gaudiū. vnde deus per ꝓpham Exultent ꝛ letentur qui volunt iusticiā meā. Ita ad scdm sequit tristicia. Hinc macha. iiij. scribitur. elysias cōsternatus est animo ꝛ deficiebat q: non qualia voluit talia contigerit. Et scdum intēsionem horū actuū sequitur maius gaudium vel maior tristicia. Hinc Augu. ait Quia felicitas est summe volita: in ea est summa delectatio. Et q: mia est summe nolita: in ea summa est tristicia. Cū igit hō nolit pctm̄ propter prauitatē eius ad suū actū nolēdi sequit tristicia fm illud Joc. x. Tedet animā meā vite mee Et quāuis hec tristicia attritio sit. tn̄ vt supradictū est: stati per diuinam gr̄am efficit ꝯtritio sicut apparuit in filio prodigo. Luce. xv. qui attritus dixit. peccaui: ꝛ audiuit: cito ꝓferte stolā primā. vz primā gratiam. Quinto dicūt q̄ talis displicentia rationis contra pctm̄ est medicina optima et cōuenientissima. Cuius ratio est q: maxima egritudo: maxima indiget medicina. vn̄ Jerony. ad matrē et filiaz in gallijs cōmorantes. Quod satis dolet maiori dolore expellit: sed pctm̄ est maxima egritudo: quia teste iacobo. j. ca. peccatū cuz ꝯsummatū fuerit generat mortē. ergo indiget excessiua pena. iuxta illud deuero. xxv. Pro mensura peccati erit plagarū mod⁹ Sed trsticia est talis excessiua pena

quia multi elegerūt mortez: que est vltimū terribiliū vt carerēt tristicia vt legit de sampsōe et saule Scribit enī prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridā facit: spūs tristis desiccat ossa. Et aug. de ciui. dei dicit Spiritus qui sūt in purgatorio ꝛ in inferno nulla penitus pena afflicti sunt acriori tristicia: et hoc fit vt peccati delectationi correspōdeat pena. Sexto dicunt ꝙ hec medicina non solum de facili inuenit sed est facilis cure: nam sicut medicina que de facili non inuenitur ad querendum: damnū ꝛ fastidiū generat vt putauit in muliere fluxu sanguinis fatigata. luce. viij. Ita ꝛ medicina que est diuturne cure: nō modo infirmū sꝫ ꝛ sibi seruiētes atqꝫ medicū grauat. vñ eccl. x. scriptū est Languor prolixior grauat medicū. Contritio vero ꝛ faciliter inuenit quia ꝫm Augu. de libero arbitrio. Nihil est magis in potestate hominis ꝙꝫ ipsa voluntas vt supradictū est. Et nihil est magis in potestate voluntatis ꝙꝫ actus eius: ꝛ celeriter curat. quia dauid dicit in psal. Dixi cōfitebor aduersum me ꝛ tu remisisti impietatez peccati mei. Septimo ꝛ vltimo dicūt ꝙ hec medicina integerrime sanat quia in psal. scriptum est. Qui sanat cōtritos. Hec omnia denotātur in hac presenti epistola hodierna: que postꝙꝫ in prima pte cōtritio dixit. In tpe placito. vꝫ cōtritionis exaudiui te: ꝛ in die salutis auxiliatus sum tui p grām: et seruaui te ne perires in mortali: et dedi te in fedus ppli: vt consideret in cōtritione. vt uscitares terrā per exemplū. ꝛ possideres hereditates. vꝫ patrū dissipatas p angelos malos: vt dices his qui vincti sunt pcō: exite. s. ab eo per contritionem. ꝛ his qui in tenebris sunt reuertimini. vꝫ a pcō: Et postquā figuratiue dixit bona glīe que habentur per ꝯtritionē. In hac secunda parte inuitat ad grās agendas dicens: laudate celi. et reliqua que de se plana sunt.

¶ Questio tertia de contritionis fructificatione.

Q Verit a doctoribus. Quot sunt fructus contritionis Et dicūt breuiter ꝙ sunt septem. Primus dicitur peccatorū remissio. vnde glo. super illud psal. Sacrificiū deo spūs contribulatus: dicit. Cordis ꝯtritio est sacrificiū in quo peccata soluuntur. Alius fructus dicitur sceleris miseratio. vnde. ij. Reg. xij. scribitur. qd cū dauid per cōtritionē dixisset peccaui. stati nathan ppha dixit: pcm̄ tuū translatū est a te. Tertius fructus dicit salutis initiatio. vñ Gre. Cōtritio apostema pungit: confessio aperit satisfactio cataplasma apponit. Quartus dicitur grē infusio: vt claruit in ezechia rege. esa. xxxviij. Quintus dicit mundi despectio. Hinc Criso. in li. de cōpunctione cordis ait Sola cōpunctio est que facit aiam horrescere purpurā. desiderare ciliciū: amare lachrymas: fugere risū. Sextus dicit ad glīam dispositio. vñ Cassio. super psal. vj. Cōtritio lugētes ꝯsolat penitētes emūdat diabolū fugat xpo ꝯciliat. Septimus dicit glīe impetratio sicut notū est Luce. xxij. in latrone contrito: cui dixit dñs: hodie

mecū eris in paradiso. Hinc in tertia parte huius ep̄le: querenti contrito τ dicenti: dereliquit me dn̄s: τ dn̄s oblitus est mei. rn̄dit Nūquid obliuisci potest mulier infantē suū: vt non misereat filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiscar tui: dicit scd̄m ecclesiā dn̄s ops qui scd̄m euāgeliū hodiernū Joh. viij. descriptū est lux mūdi: q nobis grām contritiōis donare dignetur Qui viuit τ regnat in sc̄la s. Amen.

¶ Feria. ij. de passiōe expositionis ep̄le de sacra ꝯfessiōe. Sermo. xxix.

Factū est verbum dn̄i ad ionam pro phetam ꝑo dicēs. Surge τ vade in niniuē ciuitatē magnā et p̄dica in ea. Jone. iij. hec verba scribuntur. Pro exordio huius sermonis a doctoribus queritur. Utrum predicatori qui se dicit missum a deo sit sibi credendū Et dicunt ꝙ nō: nisi ꝓbet illud sicut moyses probauit miraculo. De cōsecra. di. ij. Reuera. Et. iiij. ca. exo. dicitur. Fecit moyses signa coram pplo: τ credidit pp̄lus: sed tñ sufficit ad probationē litterarū testimoniū vnde neq̄ clericus admittit nisi mittat. extra de hereticis. cū ex merito §. j. Hinc deus predicationē Jone ostendit miraculo vt patet in. j. τ. ij. libri eius. Et scd̄o factum est verbū dn̄i ad eū vt dicunt verba proposita presenti; ep̄le declarāde In qua de sacra ꝯfessiōe que ē vna ps ꝑncipalis sacramenti pn̄ie quā niniuitis Jonas predicauit tres vtiles questione querunt. quar Prima est de sacre ꝯfessiōis preceptōe. in principio Alia est de sacre ꝯfessionis cōditione. ibi. Adhuc quadragina dies. Tertia est de sacre cōfessionis fructificatione. ibi. Et crediderūt viri niniuite. τ reliqua

¶ Questio prima de sacre confessionis preceptione.

Queritur a doctoribus. vtrū confessio cadat sub precepto. vz quod homines teneantur de necessitate salutis pcā sua sacerdoti confiteri. Et dicunt ꝙ est de necessitate. xij. precептis. Primū preceptuz datū est in lege nature. vnde glo. sup illud Gene. iij. Adaz adā vbi es. sic dicit: verba sunt increpantis et ad ꝯfessionē monentis vel cogētis. Hoc preceptum sic declarat ratione. Nā actus ꝟtutū moraliū sunt de iure nature sed ꝯfessio non solum est pars sacramenti penitētie: sz etiā actus ꝟtutis moralis. Cōcordat Richar. in. iiij. di. xvij. q. ij. ar. ij. Secundū preceptum est in lege scripture. Nam cū in confessione oporteat tanquā in ordinato iudicio alium esse reū: et aliū iudicē. et reus sit penitens: qui velut in iudicio spōtaneo spōte pcā ꝯfitetur. iudex ꝑncipalis esse nō potest: nisi qui potest pctā dimittere: absoluere τ ligare. hic solus deus est et ideo sibi soli ꝯfessionis iudicium cōpetit: τ quia tp̄e legis nature hoībus recens eius erat memoria: ideo mentalis ꝯfessio sufficiebat: de qua in psal. xxxj. propha dicit Dixi confitebor aduersum me τ reliqua. xvij q. j. §. Si ergo. de peni. di. j. Dixi et di. iiij. Illud ꝟo. Tp̄e ꝟo legis scripte deus per sacrificia innotuerat hominibus: τ iā pontificē constitu-

erat in terra. Et ideo preceptũ fuit
hoies confiteri vocaliter: indistin-
cte tñ ⁊ generaliter per determinati
oné sacrificiorũ. vnde in.iiij.ca. Le-
uitici scdm quantitaté culpe deter
minatur quantitas pene. Tertium
preceptũ est in lege gr̃e in qua xp̃s
carnem assumpserat: vbi figurati-
ue precepit ipse peccatorem debere
ostendi sacerdoti tanquam vicario
suo. Hinc math.viij. leproso ipsum
peccatoré significanti dixit: vade ⁊
oñde te sacerdotibus. de pen. di.iij.
§. hoc idé. ⁊ ca. quẽ penitet. ⁊ di. vj.
Qui vult. Quartũ preceptũ ponit
math.xvj. quando dñs dixit petro
Quodcunqꝫ ligaueris sup terrã erit
ligatũ ⁊ in celis. xx. di. In pncipio.
xxij. di. Sacrosancta. xxiiij. q. j.
Quodcunqꝫ. Et ca. legantur. et. q.
iij. Si habes. Et de pen. di. iij. peni
tentes. Extra de ma. ⁊ obe. Solite
Extra. qui filij. sunt le. per venerabi
lem. Quintũ preceptũ ponit Joh.
xx. quando xp̃s dixit discipulis. Ac
cipite spiritum scm̃ quorũ remiseri-
tis pctã remittuntur eis. j. q. iij. Re
missioné. xj. q. iij. Nihil. xxiij. q. j. §
Si anté. ⁊ ca. loquitur. de pe. di. iij.
Deus diffinitioné. et di. iij. Adhuc
instant. de consecra. di. iiij. Quomõ
Sextum preceptũ ponitur Johã.
xxj. quando xp̃s dixit petro: pasce
oues meas. viij. q. j. In scripturis.
xxv. q. iij. Diuinis. de elec. significa
sti. de ma. ⁊ obe. Solite. Septimũ
preceptũ ponitur Jaco. v. dicentis
Confitemini alterutrũ peccata vr̃a
xxv. di. §. Criminis. de penité. di. j.
Econtra. Octauũ preceptũ ponit
prouer. xxviij. vbi salomõ ait. Qui
abscondit scelera sua nõ diriget..

Nonũ preceptũ ponitur de peni.
⁊ remissi. cap. Omnis. vbi dicitur.
Omnis vtriusqꝫ sexus fidelis post-
quã ad annos discretionis puene-
rit: omnia sua solus pctã saltẽ semel
in anno fideliter confiteat proprio
sacerdoti: et iniunctã sibi penitẽtiã
pro viribus studeat adimplere. Et
intelliguntur hic anni discretionis
quinqꝫ ãni. vt habet in glosa extra
de delictis puerorũ. Decimũ pre-
ceptum habetur ab ambrosio in li-
bro de paradiso dicente. Nemo iu-
stificari potest a pctõ quod nondũ
confessus fuerit. Undecimũ prece
ptum. de peni. di. j. ca. Si cui. §. ex
his. vbi dicitur. Nullus añ confessi
oné oris et satisfactionem opis pcti
abolet culpã. Duodecimũ ⁊ vltimũ
preceptũ est doctor. Naz Inno. su
per ca. Omnis. Et archi. sup cap.
Ille rex. de peni. di. iij. vident dice-
re ꝙ qui peccat mortaliter statim te
netur ad confessioné saltẽ ad propo
situm eius ⁊ si nõ ad actũ. Quãuis
Bonauen. dicat ꝙ non est bñ con-
tritus qui habet tpus ad sacerdoté
potest disponere ad confessionez ⁊
nõ confitetur: potest tñ scdm eũ lay
cus peccator differre vsqꝫ ad annũ
causa oportuni tpis. et inueniendi
melioré sacerdoté non tamẽ religio
suz ⁊ forte etiã sclaris cleric⁹. Oẽs
tamen doctores dicũt ꝙ ad termi-
num vnius anni quilibet tenet con
fiteri semel ad minus: nec papa di-
spẽsare potest nisi de tpe: nec aliter
pcõr potest esse contritus cũ contri
tio dicat propositũ confitendi: nec
sibi suffragia eccl̃ie aliter prosunt:
vt dicit Grego. de pe. di. j. Quiuult
Hoc idẽ affirmat Aug. et etiã dicũt

doctoꝛes ꝙ xp̄ianus tenetur plu/
quã ſemel in anno confiteri. Pri
mo ratione ſacramẽti. Scd̄o ratio
ne periculi. Tertio ratione dubij.
Quarto ratione ſtimuli. Quinto
ratione voti. et ſi alie rationes ſunt
ad iſtas reducunt. Ex his omnibꝰ
plene colligitur arduũ ⁊ neceſſariũ
pꝛeceptum confeſſionis. Et hoc eſt
quod pꝛecepit dñs Jone pꝛophe: vt
pꝛedicaret niniuitis dicente pꝛima
parte huius ep̃le. In diebus illis vȝ
amaſie regis iuda. nam eo tp̄e pꝛo/
ph̄auit ionas: ſicut dicit. iiij. Regũ
xiiij. Factum eſt verbũ dñi ad ionã
pꝛoph̄am. vȝ per internã inſpiratio
nem. ſcd̄o quia pꝛimo fugerat a fa/
cie dñi: ſed quare fugit pꝛimo ait Je
rony. in ꝓlogo qui incipit. ſctm̃ Jo
nas fugit pꝛimo: q: ſciebat miſeri/
coꝛdiã dei ⁊ ꝙ ſtati parceret: ſi con/
uerterent et ipſe mẽdax remaneret
Item quia videbat in ſpũ ꝙ cõuer/
ſio gentiũ qui figurabatur in ꝯuer/
ſiõe niniuitarũ erat futura abiectio
ppl̄i ſui. ſ. iudeoꝝ. fugit ergo ⁊ intro
iuit mare et paſſus eſt naufragiũ et
deglutiuit eum piſcis ⁊ poſt eũ euo
muit. ſicut habetur. j. ⁊. ij. ca. ſui libꝛi
Et tunc factũ eſt verbũ dñi. ij. ad eũ
dicens. Surge q: quaſſatus flucti
bus maris iacebat in littoꝛe ⁊ vade
in niniuen ciuitatẽ: magnã quã ni
nus eius edificatoꝛ ſuo nomine ap
pellauit. Et pꝛedica in ea pꝛedica/
tionẽ quã ego loquoꝛ ad te: nõ quã
tu finges: quia pꝛedicatoꝛes verba
dei pꝛedicare debent. Hinc xp̄s Jo
han. vij. dixit. Verba q̃ ego loquoꝛ
vobis ſpũs et vita ſunt: ſed de hoc
alias. Et ſurrexit ionas ⁊ abijt in ni
niuee iuxta verbuȝ dñi. Et niniue
erat ciuitas magna itinere triũ die/
rum. i. tanti ambitus ꝙ vix itinere
triũ dierũ poterat terminari. Et ce
pit ionas introire in ciuitatẽ iter di
ei vniꝰ. Aut q: adiutoꝛio diuio vna
die iter totũ feſtinatiõe compleuit
Aut q: pꝛedicauit in tertia parte vꝛ
bis: ⁊ ſermo ꝯfeſtiȝ ad alios ꝑuenit
Aut quia geometre dicunt ꝙ linea
ducta a centro ad circũferẽtiaȝ que
eſt media pars linee dyametri cõti
net ſextã partẽ circuli: ex quo patet
ꝙ tota dyameter cõtinet tertiã: Jo
nas ꝟo non circuiuit ciuitatẽ ſed ſo
lum dyametrum peragrauit. quod
vna die facere potuit.

¶ Queſtio ſcd̄a de contritione ſa/
cre confeſſionis.

q Verit a doctoꝛibus quas
conditiões habere debe/
at ſacra cõfeſſio. Et quã/
uis comuniter dicãt ꝙ ſe
decim cõtinent in his verſibꝰ. Sit
ſimplex hũilis: ꝯfeſſio pura fidelis
Atqȝ frequẽs nuda diſcreta libens
verecũdia. Integra ſecreta lachꝛy
mabilis accellerata. Foꝛtis et accu
ſans ⁊ ſit parere parata. Quas con
ditiones alibi declaraui. Tamẽ q:
comuniter in quadrageſima cõfitẽ/
tur omẽs: ſm̄ qđ ego inuenio in di
uinis ſcripturis. xij. quadragenas
ita ſacra cõfeſſio. xij. debet habere
conditiones. Pꝛimo eñi inuenio
geñ. vij. quod quadraginta diebus
inundauit diluuiũ ſuꝑ terrã quo fu
it omnis caro conſumpta. Ex quo
q̃drageno habet pꝛima confeſſiõis
cõdicio q̃ dicit lachꝛymoſa. ſic̃ eñi
per inundationẽ diluuij q̃draginta
diebus deleta fuit omnis caro. ita

per contritionē cordis.⁊ lachrymatione corporis delet omne pcm̄:vt patuit in magdalena Lu.vij.Scd̄o inuenio gen̄.viij ꝙ post q̄dragin/ta dies noe aperuit arce fenestram ⁊ emisit coruum.ex quo habet alia conditio que dr̄ dolorosa:quia ad instar noe verus penitens aperit fe/nestrā cordis ⁊ emittit omne pctm̄ atq; diabolum dicēs.ioh.xij.Nūc iudiciū ē mūdi Nec vacat a miste/rio ꝙ coruus nō est reuersus:quia sic diabolus ad penitentem nō est amplius reuersurus.Ait eni beatus ambrosius.Penitentia est cōmissa mala plangere:⁊ plangenda iterū nō cōmittere.de pe.di.iij.circa ꝓn/cipium.Tertio inuenio exo.xxiiij. ꝙ moyses quadraginta diebus ie/iunans suscepit legē.ex quo habet alia conditio que dr̄ luminosa.Nā sicut lex mentes illuminat.ita ꝯfes/sio ipsas clarificat.vnde Crisosto. super math.Penitentia cor emun/dat sensus illuminat.Quarto inue/nio leui.xij.ꝙ mulier que peperat masculū quadragesimo die ad par/tū cum hostijs ad templū veniebat. ex quo haberur alia conditio que dicitur amorosa.Nam sicut mulier puerpera q̄dragesimo die taberna/culuz potest intrare:ita peccator ꝑ confessionē amori diuino recōcilia/tur:⁊ bona eccl'ie participat dicēs cū ꝓpha.Particeps ego sum oim̄ timentiū te.Hinc de pe.di.j.cap. Qui vult.Aug.dicit.Credendum est:⁊ pietas fidei expostulat crede/re:ꝙ oēs elemosine totius eccl'ie ⁊ oꝑationes ⁊ opa iusticie ⁊ mie sue currāt recognoscēti mortē suā ad cō/uersionē.Quinto ieiunio muneri xiij.ꝙ exploratores missi a moyse post quadraginta dies redierūt.ex quo habetur alia cōditio que dicit cogitosa:quia sicut illi terrā ꝓmissi/onis attente cōsiderauerūt.ita pec/cator quando vult confiteri debet cogitare peccata sua dicens cū esa. xxxviij.Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudine aīe mee.Se/xto inuenio deutro.ij.ꝙ filij isrl' ste/terunt q̄draginta annis in deserto Ex quo habet alia cōditio que dici/tur continuosa:quia sicut illi forti/ter ꝑseuerauerunt vsq; ad terrā pro/missionis.ita pcōr fortiter in bono cōtinuare nō reclinet.Et diabolus illud luce.xj.dicat.Reuertar in do/mū meā vnde exiui.De pe.di.iij. Reuertar.Septimo inuenio.iij. regū.xix.ꝙ helyas in fortitudine ci/bi angelici quadraginta diebus ve/nit ad montez dei.ex quo habetur alia conditio que dicit desiderosa Nā qui nō habet desideriū et ꝓpo/situm sumendi dn̄icū corpus in pa/scate confessio sua nō prodest:quia idem preceptū est de confessione et communione.vt patet extra de pe. et remis.omis. Octauo inuenio ezech.iiij.de mādato dn̄i quadra/ginta diebus dormiuit sup lat⁹ suū dextū.ex quo habet alia conditio que dicit speciosa:nam per lat⁹ de/xtrū speciositatē puritatis ꝯfessiōis possumus intelligere:que puritas cōsistit vt confessio fiat absq; dupli/citate ⁊ mendacio.Nam.xxij.q.ij. Cum hūilitatis.augu.dicit.Cum humilitatis causa mentiris:si non eras peccator anteq̄z mētireris:mē/tiendo efficieris.Nono inuenio math.iiij.ꝙ xp̄s post quadraginta

dies vicit tēptatorē. ex quo habet
alia conditio que dicit ponderosa.
quia sicut xp̄us pondere discretiōis
diabolū superauit: sic penitēs pon
dere discretionis suum peccatum
dicat vt inhoneste nō loquat Scri
bitur enī extra de offi. custo. cap̄. j.
Oia cū discretione agāt que oium
virtutū noscit esse mater. Decimo
inuenio in doctoribus et patet per
euangelia q̄ xp̄s quadraginta ho/
ris stetit mortuus. ex equo habetur
alia conditio que dicit penosa Nā
sine contritione nō valet confessio
quā semp debet habere peccator vs
q̄ ad pasca. i. vsq̄ ad transitū mor/
tis. Nā in psal. l. scriptū est. Cor cō
tritū et humiliatū de⁹ nō despiciet
de peni. di. j. ca. ij. Undecimo inue
nio actu. j. q̄ xp̄us post q̄draginta
dies ascendit in celū. ex quo habet
alia conditio que dr̄ gloriosa: quia
per penitentiā homo venit ad glo
riam. vnde aug. in libro de peniten
tia dicit Cōfessio est salus aiarū dis
sipatrix vitiorū: restauratrix virtutū
oppugnatrix demonū. q̄d plura:
obstruit os inferni: portas apit pa
radisi. Duodecimo inuenio ione
iij. q̄ ipse de mandato dn̄i niniuitis
predicauit penitentiā qudraginta
dierū. ex quo habet alia conditio
que dicit operosa: quia sine opere
satisfactionis cōfessio nō valet. ex
tra de reg. iuris cap̄. pctm̄. libro. vj
Non dimittit peccatū nisi restitu
atur ablatū. sz de his satis. amodo
alia dicemus sufficit scire q̄ confes
sio debet esse lachrymosa: dolorosa
luminosa: amorosa cogitosa: conti
nuosa: desiderosa: speciosa: ponde/
rosa: penosa: gloriosa: operosa.

¶ Questio tertia de fructificatione
confessionis.

Q Ueritur a doctoribus quot
sunt fructus cōfessionis.
Et dicunt q̄. xij. Primus
quorū dr̄ mentis illumi/
natio que illuminat ex peccatorū
consideratione. Hiere. iij. dicit.
Leua oculos tuos et vide vbi nunc
prostrata sis. Itē ex obediētia et hu
miliatiōe vt patet in ceco nato ioh.
ix. dicente. Abij: laui et vidi. Item
ex confessionis instructione qui ad
hoc tenet vt dicit Alex. et bonauen.
in. iiij. di. xvij. Scd̄us dr̄ misericor/
die impetratio. vnde puerb. xxviij.
Qui abscondit scelera sua non diri
getur: qui aūt cōfessus fuerit et reli/
querit ea misericordiā ꝯsequet. Ter
tius dicit a morte suscitatio: nā s̄m
doctores. In penitentia gratia in/
fundit sicut in baptismo qua pecca
ta remittunt. vnde iero. dicit. Peni
tētia est scd̄a tabula post naufragiū
Et ideo puer. x. dicit. Os iusti ve/
na vite. Quartus dr̄ a demone libe
ratio. vnde iob. xxvj. dicit. Salua/
bit te. s. dn̄s per cōfessionē ex ore an
gusto latissime. Quint⁹ dr̄ aie pur
gatio: quia ipsa cōfessio purgat pec
cata mortalia et venialia: q̄m si est
sacramentalis. facit hoc cōtritione
cōfitentis et humilitate cōfessionis
oratione sacerdotis et vi clauiū tā
quo ad culpā: q̄z quo ad penam. in
parte vel in toto: si aūt non est sacra
mentalis facit hoc tribus et non vi
clauiū. Ideo de aia cōfessa dicit in
psal. Confessio et pulchritudo in cō
spectu eius. de pe. di. iij. Totā. Se
xtus dr̄ pacificatio. vnde esaie. lvij.
Creaui fructum labiorū pacē. idez

cōfessio figurata est in ramo oliue quē tulit columba ad vesperā.gen. viij. Septim⁹ dr̄ ꝯsciētie allevatio vñ in psal. In voce exultatiōis ⁊cō fessionis sonus epulātis. Et puer. xv. Secura mens quasi iuge cōuiui um. Octauus dicit̄ diaboli ꝯfusio Hic aug. dicit in libro de pnīa ꝙ cō fessio est oppugnatrix demonū: vt patuit in quodam sacerdote qui co gnouerat vxorem dñi militis ville sue: quē miles cause suspitionis du xit ad demoniacū qui omnia reue labat secreta: sed hoc timens sacer dos et euadere nō valens intrauit stabulū et famulo militis cōfessus est: et sic demon ꝯfusus nihil de eo potuit dicere nisi ꝙ ligua extranea dixit: in stabulo se purgauit. No nus dicit̄ peccatoꝝ remissio. Unde in psal. Dixi confitebor. ⁊ reliqua. Decimus dr̄ pro pctīs satisfactio tum auctoritate clauiū. math. xvj. tum propter verecundiam. vnde in psal. Cōfusio faciei mee opuit me. Nam ẜm augu. qui erubescit pro xp̄o dignus est venia. Undecim⁹ dr̄ gratie augmentatio. nam ꝓpter humilitatē cōfessionis deus infun dit maiorē gratiā: et etiā ex cōtritio ne secundum alexan. vnde in psal. Hec me cōsolata est in humilitate mea. Ultimus dicit̄ dei glorifica tio. Et ideo dauid in psal. Confite mini dño quoniam bonus. Ex his igit̄ patet quantum bonū est peni tentiā agere ad exemplū niniuita rum qui crediderunt dño: et p̄dica uerunt ieiuniū: et vestiti sunt saccis i. vestibus humilibus. cetera patēt Et non fecerunt sicut iudei: qui mi serunt ministros ad capiendum ie sum vt dicit euāge. hodiernū ioh. vij. descriptū. O insensati et miseri qui ad predicationē dñi penitentiā nō egistis. Nos vo ōīno peniten tiam agamus et pctā confiteamur vt gratiaꝫ consequamur. prestante domio nostro iesu xp̄o. Qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculoꝝ. amē

¶ Feria tertia de passione expositi onis epl̄e q̄re mali ꝓsperant̄ ⁊ boni tribulant̄ et q̄t fructus habēt boni de eoꝝ tribulatōibus. Sermo. xxx.

Congregati sunt babilōij aduersus regem et dixerūt. Tra de nobis danielē: alio quin interficiemus te ⁊ domū tuā. dani. xiiij. hec vba scribunt̄. Pro ex ordio hui⁹ ẜmonis querit̄ a docto ribus. Quid sit seditio. et si sit pec catū: et quartū malū est. Et dicunt ꝙ seditio est quedam mutua impu gnatio potētialis vel actualis. hoc est in potentia vel in actu inter par tes vnius multitudinis inter se dis sentientes. Cōcordat alex. de ales in. ij. et s. tho. 2ª 2ᵉ. q. xlij. ar. j. Pau lus ad corin. xij. dicit. Seditiones sunt tumultus ad pugnā. Et ysido. in libro ethi. ait. Sediciosus est qui dissensiōes animorū facit et discor des gignit. Et dicūt etiā doctores ꝙ seditio est peccatum eo ꝙ habet speciale bonū cui opponit̄. vꝫ vni tatem et pacē multitudinis. Addūt insup ꝙ qñqꝫ est pctm̄ mortale: eo ꝙ opponit̄ iusticie ⁊ cōi bono ppl̄i ciuitat̄ vel regni: ⁊ tāto grauī⁹ quā to cōmune bonū ꝙ impugnat̄ per seditionē maius ⁊ melius est q̄ꝫ bo nuꝫ priuatū qđ impugnat̄ p rixam

Cuius grauitas apparet in verbis ꝓpositis que dicũt. ꝙ babilonij cõgregati sunt. s. per seditionẽ ad regẽ et dixerũt ei. Trade nobis danielẽ. et cet'a. que sunt verba p̃ntis ep̃le de clarãde. ¶ In qua tres vtiles queruntur questiones quaruꝫ Prima erit de malorũ ꝓsperatione. vꝫ quare malis dant̃ prospera . in principio. Alia erit de bonorũ tribulatione. vꝫ quare bonis dantur aduersa ibi . vidit ergo rex. Tertia erit de tribulationũ fructificatiõe. vꝫ quot fructus cõsequunt̃ boni si patiẽter sustinẽt aduersa . ibi. Erat aũt abachuc propheta et reliqua.

¶ Questio prima de malorum prosperatione. vꝫ quare malis dantur huius mundi prospera.

q Ueritur a doctorib⁹ quare prospera dantur malis in hoc mundo. Et dicunt ꝙ propter. ix. rationes. Primo ratione attractionis vnde Matth. v. scriptum est. Qui solem suum facit oriri super bonos ꝛ malos. Hic vero est deus qui sua potentia signata per solis vigoreꝫ sua sapientia signata per solis splẽdorem: sua clementia signata per solis calorem vult atrahere malos per beneficiorũ exhibitionẽ . hinc Mat. vj. Estote perfecti participatiue. sicut ꝛ pater vester perfectus ẽ. extra de sum. trin. ꝛ fi. ca. ca. Dam namus. Secundo ratione satisfactionis. Naꝫ ẜm Augu. nullum bonum irremuneratuꝫ. Et ideo dñs pro mercede quorumdã bonorum que impij operãtur. dat eis hec terrena bona dicẽs cuiqꝫ illud Mat. xx. Tolle quod tuum est ꝛ vade. vt impleatur in eis illud Matth. vj. Amen dico vobis recipiunt mercedem suaꝫ. de pe. di. iij. Cauendum ¶ Tertio ratione exemplificationis vꝫ vt non reddamus bona pro malis. Hinc Math. v. dñs precepit dicens. Diligite inimicos vestros. et reliqua. xxiij. q. iiij. Cum in lege. Quarto ratione despectionis. Donat enim impijs deus hec terrena vt vana. vnde in psal. Dormierunt somnũ suum ꝛ nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis . vt periculosa. Hinc. j. ad Thimo. vj. paulus ait. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationẽ et in laqueũ diaboli. vt deiecta. q: Math viij. dicitur. Quod eni prodest hoi si vniuersum mundũ lucretur. anie vero sue detrimẽtum patiatur. Extra de symonia. Matth. Quinto ratione exercitationis. Nam vt dicit Augu. Mali ideo viuunt aut vt boni fiãt. aut vt boni p eos exerceant. Sexto rõne punitõis q: p malos punit malos. Hinc in psal. dñs dic̃. Uindicabo me de inimicis meis cũ inimicis meis. Et iob. xxxiiij. Facit de⁹ regnare hypocritã ꝓpter pctã ppl'i. Septimo rõne intricationis. iuxta illud apoca. xxij. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Octauo ratione confusionis vt q sibi videbantur aliquid magni ee tandem diuinam cognoscentes potentiam cõfundantur. vnde dauid in psal. Uidi impium superexaltatum ꝛ eleuatum sicut cedros libani Transiui ꝛ ecce nõ erat. quesiui eũ et nõ est inuentus locus eius. vt in aman. hester. v. qui vocauit amicos et ostendit eis magnitudinem

diuitiarū suarum:et ꝙ regina eum
tm̄ cum rege vocasset ad conuiuiū.
⁊.vj.ca.dicitur.ꝙ suspēsus est amā
in ligno. patuit etiā i diuite epulōe
Luce.xvj. Nono ⁊ vltimo ratiōe
damnationis qm̄ hec terrena dan/
tur iniquis vt cognoscant ꝙ dereli
cti sunt a dn̄o.quia vt dicit Grego.
Difficilius maluꝫ corrigitur quod
ꝓsperitate fulcitur. Et.vj.moraliū
dicit Quasi ꝑ amena prata ad car/
cerem venit qui per presentis vite
ꝓspera ad interitum currit ⁊ scd̄m
Augu. nullum peius signuꝫ dam/
natiōis eterne. Hinc prouer.v.scri/
ptum est. prosperitas stultoruꝫ per
det eos. vt accidit diuiti Luce.xij.
⁊ hospiti diuiti prope senas tempe
bti Ambrosij.d his dicit Job.xxj.
Tenent tympanū ⁊ lyraꝫ ⁊ gaudēt
ad sonitū organi. ducunt in bonis
dies suos:⁊ in puncto ad inferna de
scendūt.sicut accidit his babilonijs
qui seditiose irruerūt ꝯtra regē vt ꝑ
deret danielem. vnde dicit prima
pars huius epistole. In dieb⁹ illis
vꝫ.Baltasar vel cyri regis persarū
congregati sunt babilonij in plura
li.q̄zuis aliq ꝓncipales incitassent
alios ad seditionē ad regem iaꝫ di/
ctum ⁊ dixerunt. Trade nobis da/
nielem supple vt interficiatur qui
Bel destruxit. ⁊ draconem interfe
cit.modo quo ponitur eodē caplo
Alioquin iterficiem⁹ te ⁊ domū tuā
videlꝫ familiā.qui diuino miraculo
sunt postea interfecti. vt patebit.
¶ Qō.ij. q̄re bonis dant̄ aduersa.
Q
ueritur a doctorib⁹ qua
re bonis dantur aduersa
vt patet in daniele ꝓpha
Et dicunt ꝙ propter.ix.
rationes. Primo ratione purga/
tionis. Nam s̄m beatum leonem.
Nemo mūdus a sorde. Hinc.j.Jo.
j.ca.dicit̄. Si dixerimus quia pec/
catum nō habemus ipsi nos sedu/
cimus. Et ideo omēs indigent pur
gari. Hec vero purgatio fit per tri/
bulatiōes ⁊ aduersa. que.j.purgāt
peccata si qua sūt.vnde Jero.Ru/
bigo peccati sine igne tormenti cō
sumi nō pōt. Et Grego. ait Qō li/
ma ferro fornax auro flagella gra
no hoc facit tribulatio iusto. Item
secundo purgant affectiones que
sepe inordinant.vt sunt amor odiū
spes timor gaudium dolor. et de/
siderium. Hinc dauid in psal. Ar/
gentū igne examinatū ꝓbatū ter/
re.purgatū septupluꝫ. Itē Tertio
purgant consuetudines. hinc in
apoc.vij.ca. de iustis di. hi sunt q
venerūt ex magna tribulatiōe et la
uerūt stolas suas in sanguine agni
Scd̄o ratione preseruationis. q:
remonet peccandi occasiōes vt ab
stinentia luxuriā.vnde Ecclia.xj.
Malicia.i.afflictio vni⁹ hore.obli
uionē facit luxurie. quia etiā dant
mentales occupationes.vn̄ diabo
lus non habet aditum temptandi.
vt dicit Math.xij.illo loco. Cum
immundus.⁊c̄. Et ponit exemplū
Jeroni. ad Rusticum monachum
de quodam iuuene. quia in super
sunt iustorum defensiones. vnde
Exo.xiiij.dicitur. Aque.i.aduersa
erant filijs israel.i.iustis pro muro
i.pro defensione. Tertio ratione
confirmationis. qm̄ ex aduersis iu
sti in se recoliguntur sentientes cō/
traria et roborantur atqꝫ consolidā
tur.exempluꝫ ponit seneca in libro

de prudentia dicens. non est arbor magna neqȝ fortis nisi quā frequēs ventus incursat. Et ideo Greg. ait Electorum desideria dum premuntur aduersitate crescunt. Quarto ratione excitationis. vnde Augu. premuntur iusti in ecclesia vt pressi clament. clamantes exaudiant. exauditi glorificent deum. quia ꝓpe est dn̄s inuocātibus eum. Certe sicut ignis accēsus. aqua nauim intrās et tempestas maris clamare faciūt sic ⁊ ignis afflictionis aqua tribulationis et tempestas persecutionis vn̄ afflicti iusti dicite. illō Matth. viij. Dn̄e salua nos perimus. Inuocabit me: ait dn̄s iusto et ego exaudiam eum. Quinto ratione illuminationis ad cognitionē sui. q: Grego. dicit. Oculos quos culpa claudit pena apit ad cognitiōez dei dicens. Exaudi de⁹ orationē meaȝ cum tribulor psalm. xxxvij. xxv. disti. Sancta romana. ꝟ. in sabbato. Ad cognitionem mūdi quia totus mūdus in maligno positus est. Et j. Joh. ij. Mundus pibit. j. q. iiij. §. His ita. Sexto ratione conseruationis quia per aduersa conseruantur gratie virtutes et merita. vnde vj. q. j. cap̄. sunt Grego. ait. Sunt pleriqȝ qui vitam bonorū fortasse amplius q̄ȝ debent laudant. Et ne aliqua elatio de laude subrepat permittit omnipotens deus malos in obtractationē ⁊ obiurgationē prorumpere vt si qua culpa ab ore vituperantiū suffocet. hec ille. et ī psal. dicitur. Cadent a latere tuo mille. et decem milia a dextris tuis. vt lucifer. Adam ⁊ salomon. ⁊ multi alij Ideo psal. dicit. Proba me de⁹ et tempta me. Septimo ratione cōformationis. Nam ad ephe. v. dī Capud eccl'e xp̄s. j. q. j. vt euidēter extra de vnc. cap̄. vno. Et ideo aduersa sustinēda sunt cū eo. p̄mo vt eum imitemur luce. vj. Si me persecuti sunt ⁊ vos persequent. Item vt eum associemus. ij. ad Corin. j. Sicut socij apssionum estis. ita ⁊ cōsolationū eritis. Tertio. vt eius pfectionis participes simus Luce. vj. Perfectus erit omis. si sit sicut magister eius. Octauo ratione consolationis quia omnia dulcia sapit dius post amara. et dulcius degustantur: sic ⁊ prospera dulciora sunt probatis aduersis. patet Primo de temporalibus. quia psal. dicit. Virga tua. i. tribulatio quia ea pueri flagellātur. Et baculus tuus. i. consolatio quia eo debiles sustentantur ipsa me cōsolata sunt. patet Secūdo de corporalibus qm̄ post acutas egritudines preciosior sanitas extimatur. Et post penuriā dulcior omnis cibus. tunc enim salsa sancti Benardi locum optinet exemplū de abbate stomachato quē Chiriasus sentiens curauit fabis ⁊ aqua. patet Tertio de spiritualibus vnde. ij. corint. j. Sicut habundant passiones xp̄i. in nobis ita et per ipsuȝ habundat consolatio nostra. Et Benar. quantū habundat tribulatio nostra pro deo. tantum habundat cōsolatio nostra per eū.

Nono ratione iocunditatis. ex aduersis enim accidit Primo iocūditas mentalis Math. v. Ibant apostoli gaudentes ⁊c̄. Secundo iocuuditas corporalis. vnde psal. Letati sumus pro diebus quibus

nos humiliaſti. Tertio iocũditas celeſtialis. vnde Ioãnis. xvj. Triſticia veſtra conuertetur in gaudiũ Et ideo ſanctus Daniel q̃a iuſtus ꝓpter hec dicta afflictus ẽ. vt pars ij. huius p̃ſentis ep̃le narrat. que incipit. vidit ergo rex. et patet textus preter hec q̧ per duo corpora intelliguntur corpora damnatorum hominum. alia ſunt manifeſta.

¶ Queſtio tertia de fructificatiõe aduerſorum. vʒ q̃t fructus conſecũtur iuſti ex patientia aduerſorum.

Q Verif' a doctoribus quot fructus conſequuntur iuſti ex patientia aduerſoꝝ Et dicũt q̧. ix. Primus quoꝝ eſt aĩ magnitudo. vñ ſeneca dicit. Magni animi eſt iniurias in ſumma potentia pati. Alius dicit nominis ꝛ fame amplitudo. vnde Greg in mora. dicit. Sicut aroma ta odorem ſuum cum incenduntur expirant ita ſancti viri omne quod de virtutibus redolent in tribulationibus innoteſcũt. Tertius dĩr mitigatio. vnde ꝓuer. xv. Qui patiẽs eſt mitigat furorẽ. Quartus dicitur bonitatis probatio. vnde Augu. dicit. Scut ſub vno igne aurum rutilat. palea fumat. et vbi palee cominuũtur frumenta purgantur. Ita vna et eadem vis irruens bonos probat purificat. ditat. malos damnat vaſtat exterminat. vnde in eadem afflictione mali deuʒ deteſtantur ꝛ blaſſemant. boni ꝓ deũ deprecant ꝛ laudãt. Quintus dicitur ſapiẽtie ꝛ prudentie demr̃atio. Hinc prouer. xix. ſcribitur. Doctrina viri ꝑ patientiam noſcitur. ꝛ Grego. Tanto quis oſtenditur minus doctus quanto minus patiẽs conuincit. Sextus dicitur virtutum cõſeruatio. quia Grego. dicit. patientia eſt radix ꝛ cuſtos omniũ virtutum. Septimus dicitur neceſceſſaria medicatio. Hinc paulus ad hebere. x. patiẽtia vobis neceſſaria eſt. Octauus dicitur virtutuʒ perfectio. vnde gloſa ſuper illud Iob. iiij. perfectio viarum tuarũ. dicit. de patientia perfectio naſcitur Vltimus dicitur regni celorum acquiſitio. vnde Math. v. Beati qui perſecutionem patiunt propter iuſticiaʒ q̃m ipſorum eſt regnũ celoꝝ xxiij. q. v. ad fidem. xxiiij. q. j. A recta. Et ideo hos fructus conſecutꝰ daniel liberatꝰ eſt a periculis in preſentiarum. Primo a pena famis. Deinde a pena mortis vt dicit. iij. pars huius preſentis ep̃le cuius textus patet preter aliqua puta. In alueolo. vʒ in vaſe facto ad ſimilitudinẽ aluei. ſ. vtris Recordatuſq̧ eſt dñs deus mei. videlicʒ per effectum ſubuẽtionis cibi. quia nunq̃ obliuiſcitur. nec mirum ſi daniel liberatus eſt de lacu leonũ q̧ ſignificabat xp̃m: quẽ iudei vt leones q̃rebãt interficere vt dĩ in principio euangelij hodierni Ioh. vij. de ĩcripti. Et ideo horũ exemplo nõ querentes proſpera mundi: patienter aduerſa ſuſtineamus. Et quilibet noſtrum audiens fructus aduerſorum dicat id quod in preſenti canit eccl'a. De ore leonis libera me dñe. hic per gratiaʒ ꝛ in futuro per gloriam ipſo preſtante qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit ꝛ regnat deꝰ per infinita ſecl'a ſecl'oꝝ. Amẽ.

¶Feria.iiij.de passione expositio/nis epistole de dilectione proximi Sermo.xxxj.

Locutus est dñs ad moysen dicẽs Ego dñs deus vester leui.xix.hec verba scri bunt. Pro exordio huius sermonis a doctoribus querit. An deum esse possit probari ratiõe? Et dicunt q̃ sic. Primo ratione mot⁹ q: oẽ q̃ mouet necesse est ꝙ ab aliquo mo ueatur cum a seipso moueri nõ pos sit. vz educi de potentia ad actũ. ꝫ nõ est ꝓcedere in infinitũ: ex tertio phisi.ergo est deuenire ad vnũ pri/mum mouens quod a nullo moue atur. Et hoc sapientes vocauerunt deũ. Scd̃o ratione cause efficiẽtis: q: in causis efficientib⁹ est ordo:ita ꝙ primũ est causa medij:et mediuꝫ causa vltimi siue medium sit vnũ si ue plura:et cũ in ipsis non sit proce dere in infinitũ.ergo necesse ponit prima causa que seipsaꝫ efficere nõ potest. quia nihil gignit seipsum: sed saluat.j.de tri. et.ij.de aia. quã primã causam sapientes vocãt deũ Tertio ratione necessitatis q: oia possibilia possunt non esse: et si oia essent possibilia: possit nihil esse q̃ falsum est.ergo est aliq̃d necessariũ vel a se vel ab alio:sed nõ est proce dere in infinitum. ergo est causa ne cessaria a se ⁊ dans necessitatẽ alijs quã sapientes vocãt deũ. Quarto ratione eminẽtie: nam sicut est ali quod tantũ bonũ est ⁊ mai⁹ ⁊ maxi mum. Et maximũ in vnoquoq; ge nere est causa oium que sunt illius generis vt dicit phs.ij.metaphisice ergo est aliqua essendi bonitatis et ꝑfectiõis in rebus oibus quã: sapiẽ tes vocant deum. Quinto ratione gubernationis quia cũ oia ordinẽ/tur in finẽ: est aliquod intelligens a quo oia ordinantur ad suũ finẽ q̃ sapientes vocãt deũ. Hinc est quod ordinans creaturam humanã ad vi uendũ cũ proximo dixit. Ego sum dñs deus vester: et idcirco debetis mihi obedire: que sunt veba propo sita presentis ep̃le declarande. Con cordat Alexan.de ales in. j. di.ij.et sctũs Tho.parte prima.q.j.arti.iij. In qua predicta epistola: tres vtiles querunt questiones. Prima est de ꝓximi nocumento vitando.vz que nõ debemus facere ꝓximo. in prin cipio. Secunda est de ꝓximi adiu mento donãdo: vz que debemus fa cere proximo. ibi. dilige proximũ tuũ. Tertia est de huius legis pre/cepto honorando ⁊ obseruãdo.ibi leges meas custodite.

¶Questio prima de proximi nocu/mento vitando.vz que sunt illa que ex precepto dñi non debemus neq; dicere neq; facere proximo.

Querit a doctoribus que sunt illa que prohibet do minus vt nõ dicam⁹ neq; faciamus cõtra proximũ Et dicunt quot sunt ista que in pri/ma parte huius ep̃le describuntur ⁊ in tres partes diuiduntur qm̃ Ali qua puta tria sunt respectu inferio/rum. Aliqua puta septẽ sunt respecu superiorũ. Aliqua puta alia quinq; sũt respectu mediocriũ: ⁊ sic in toto sũt quindeci. Tria igit sũt que or/dinant inferiores ne proxmũ offen

dant. Primũ quorũ est. Non facietis furtum sicut iudas: de quo Joh. xiij. dicit Fur erat et loculos habẽs quia furtum prohibitũ est. exo. xx. Leuit. xix. deutro. v. xiiij. q. v. penale. xxxij. q. iiij. Meretrices. Aliud est nõ mentiemini. Et hic absolute prohibetur oẽ mendatium simplex sine appositiõe iuramenti. vñ infertur: nec decipiat vnusquisqz ꝓximũ suum. Tertiũ est nõ periurabis in noie meo. i. nõ adduces nomen dñi in testimoniũ falsum: quia hoc est ꝓprie piurare. Et additur: nec pollues nomen dei tui. i. non assumas ipsum super te ociose: quia vt exo. xx. dicitur. nõ insontẽ habebit dñs eum qui assumpsit nomẽ dei sui frustra. xxij. q. iiij. Necesse. Sequunt insuper alia septem que ordinãt supiores ne offendant ꝓximũ. vnde sequit Ego dñs. s. qui inhibeo magis vobis sequentia septẽ. quorum quattuor supiores ordinant: ne noceant per fraudulentiã. Et alia tria ne noceant per iniusticiã. Primũ quorũ est: non facies calũniã proximo tuo. vz fraudulentiaz. que ẜm rabanũ proprie est fraudulentia de qua paulus dicit. ij. ad Thesa. iiij. Ne quis supergrediat neqz circũueniat in negotio fratrẽ suuz. Aliud est: ne vi opprimes eum. s. bona sua manifeste rapiendo: aut in persona ꝓpria: vel coniuncta iniuriã irrogãdo. Tertiũ est: non morabit opus mercẽnarij tui apud te vsqz ad mane. vz non differas soluere maxime indigentibus. Quartũ est non maledices surdo ad lrãm. vel aliter nõ detrahes alicui: nec coram ceco pones offendiculum ad litterã. quia cecus non potest videre periculũ: vel aliter: vita scandulũ simpliciuz: sed timebis dñm deum tuum. quia ego sum dñs scz qui predicta inhibeo. Quintum est. non facies quod iniquũ est. vz in iudicio reos absoluendo et iustos puniendo. Sextum est nec iniuste iudicabis. vz debitũ modum obmittẽdo. Septimũ est: nõ consideres personã pauperis: nec honores vultũ potentis: iuste iudica ꝓximo tuo. Modo sequuntur alia que ordinant mediocres ne offendant proximũ. Primũ quorum est: nõ eris criminator. i. criminum ocultorũ reuelator. Aliud est: nec susurro in pplis. i. ocultus detractor et discordie seminator. Tertiũ est: non stabis cõtra sanguinẽ proximi tui. vz ipm iniuste accusando vel testimoniũ querẽdo. Ego dñs q hoc prohibeo. Quartũ est: non oderis fratrem tuũ in corde tuo. Nam qui odit fratrẽ suũ homicida est. j. Joh. iij. Et scdm Jeronymũ per fratrem intelligitur ois homo: qui in natura frater est: sed publice argue eum. vz de manifestis: sed de ocultis secrete vt dicitur Math. xviij. Ne habeas super illo pctm. vz consentiẽdo malo suo. Quintũ est: nõ queras vltionẽ. q: deutro. iiij. dic ipse dñs Mea est vltio: et intelligitur hoc ratione vindicte non ratione iusticie. Nec memor eris iniurie ciuiũ tuorũ. vz ad vindictã vt dicit glo. interlinearis. q: aliter nõ esset in ptãte hominum Hec sunt igitur que prohibent in hac prima parte epl'e oib' dicere: aut facere contra proximũ

¶ Questio scda de adiuuamẽto ꝓximi donando. vz quomodo debe-

amus diligere proximũ.
q Uerit a doctoribus quõ
debeamus diligere pxi/
mum. Et quãuis ad hoc
satis sufficienter dixerint
sabbato prime dñice quadragesi/
me.q.j.sermonis.x.tamẽ in psenti/
arũ magis large dicũt q̄ proximi
amor vt sit deo gratus septez debet
habere conditiones. Prima qua/
rum dicit veritatis. nã tũc amor p
ximi verus est:quãdo est sicut dicit
aug. que sententia ponit de pe. di.
ij.ca. Proximos.vbi sic dicit. Pro
ximos nostros tunc diligimus si nõ
propter aliquas vtilitates nostras
nõ pp̄ter speranda bñficia vel acce
pta: nõ pp̄ter affinitates vel cõsan
guinitates. sed propter hoc tantũ
q̄ sunt nature nostre participes di
ligamus.quia sm aplm.j.ad corin
xiij. Charitas nõ querit q̃ sua sunt
Alia conditio dicit fidelitatis:si/
deliter eni ⁊ iuste proximus diligi/
tur:si primo bona eius spũalia:secũ
do corporalia:postremo tpalia dili/
gunt.preceptum est enim: diliges
proximũ tuũ sicut teipsum. Et se or/
dinate quisq; diligit quãdo: primo
animã.secundo corpus.vltimo tpa
lia diligit. Si quis igitur pro tpali/
bus:corpus pro corpore spm̃ offen
dit nõ seipsum diligit sed offendit.
scriptum est eni in psal. Qui diligit
iniquitatẽ odit aiam suã. Tertia
conditio dicitur scitatis: nam tunc
sancte proximus diligitur:si ad dei
gl'iam eius amor ordinatur. Hinc
Joh.iiij. scribit Mãdatũ habem⁹
a deo:vt qui diligit deum diligat ⁊
proximũ. Quarta cõditio dicitur
spũalis necessitatis vbi notandũ
q̄ pro necessitate spũali extrema p
ximi homo tenetur ponere propriã
famã:propriã substantiã:et propriã
vitam. cũ teneamur aiam proximi
ficationem.vnde Mich.ij. dicitur
Ascendit pandens iter ante eos.
Vicesimo scd̃o propter nature hu
mane in nobis dignificationem.
Nam post xp̃i passionẽ angeli nõ
permiserũt se adorari sicut ante ab
hominibus. vnde apoc. xix. dixit
angelus iohanni euz volenti ado/
rare Vide ne feceris cõseruus tuus
sum. et eorum qui habent testimo/
niũ iesu. Vicesimo tertio propter
humane nature in xp̃o exaltatio/
nem. vnde ad phili.ij. dicit. ꝓpter
quod ⁊ deus exaltauit illuz. Vltĩo
propter iusticie ⁊ misericordie vnio
nem.q: tunc adimpletũ est. qd̃ da/
uid in psal.lxxxiiij.dixit. Miserico/
dia ⁊ veritas obiuauerunt sibi Iu/
sticia ⁊ pax osculate sũt de pe.di.j.
§. Quicunq3. O igitur sanctissime
⁊ piissime dñe iesu christe quot ra/
tionibus tantum dolorem ⁊ taz do
lorosam passionẽ pati voluisti: qui
bus nonmodo matrem tuam an/
gustiosam ad patientiam induxisti
sed ⁊ humanitatẽ tuaz vsq3 ad mor
tem afflictam ꝯfortasti. Recte nos
nõ ingrati tanti beneficij: has oẽs
rationes memorie cõmendare de/
bemus. et horis singulis diei sin/
gulas rationes meditãdo.nũc vnã
nunc aliam corde et ore dicemus.
s3 de his satis. Iam ad aliã partez
passionis transeamus.

Questio secunda de crudeli exe/
cutione passionis dñi nostri.videl3
quot afflictionibus consũmata est.

q Verũ a doctoribus quot
afflictionibus consuma/
ta est passio dñi nostri ie
su xp̃i.vz quot afflictiões
sustinuit xp̃s in sua passione. cum
ipsemet existens dixerit illud psal.
xxxvij.Afflictꝰ sum ⁊ hũiltatus sum
nimis.Et dicũt ꝙ.xxiiij.afflictiões
passus est.quas per ordinem impre
sentiarũ dicemus.quarum Prima
dicitur deuotissime orationis. Nã
postq3 precedẽti die iuxta vaticiniũ
Iere.xj. quasi agnus mansuetus q
portatur ad victimaz venit hirlm.
missis ante discipulis a monte oli/
ueti ad loci cene dispositionẽ. sicut
Luce.xxij. scribitur. sumpto agno
iuxta ꝓcepptuz legis. Exo.xij. Et
locis discipulorum pedibus vt bea
tus Ioh.xiij. cap. scribit. Necnon
⁊ dñico sacramento instituto vt ha

herisam dixim9: quod iude ne eũ
reuelaret tradere voluit. propter qđ
Augu. xxiij. q. iiij. c. Tu bonus dić.
Tu bonus tollera malum nam et
xp̃s iudam cum sciret furez esse tol
lerauit et ad predicandũ misit eiq;
cum aliys eucharistiam dedit. eo tñ
prius admonito. factoq; solẽni ser
mone in quo de virtutibus. de pa/
tientia. de gratiarumactione disci
pulos instruxit. Egressus est iesus
trans torrentem cedron vbi erat or
tus: in quem introiuit ipse et disci/
puli eius. Et exortatis discipulis:
dictaq; pphia zacharie. xiij. ca. per
cutite. v3 pastorem ⁊ dispergentur
oues. ⁊ ad orandum inductis. ma/
nifestataq; sua tristicia mẽtis dicẽs
Tristis est anima mea vsq; ad mor
tem. auulsus est ab eis quantũ ia/
ctus est lapidis. Et pcidit in faciẽ
suam orans et dicens. Mi pater si
possibile est. transeat a me calix iste
Math. xxv. di. Qua pretermissa ne
cessitate discipulorũ dixit petro ⁊ ce/
teris Sic nõ potuistis vna hora vigi
lare mecum. vigilate ⁊ orate vt nõ
intretis in temptationẽ. Spũs qui/
dem promptus est. caro autẽ infir/
ma. Et iterum ad orationez rediẽs
dixit eundem sermonem. et rediyt
ad discipulos dormentes ⁊ eis con
fortatis tertio venit ad orandũ. Et
factus est in agonia. vt dicit Lucas
xxij. ca. Ex consideratione eni scã/
dali discipulorũ: peccati iude et iu
deorum. angustie matris et ama/
rissime passionis sue vt dicit ambro
sius in li. de trinitate: vt homo tur/
batur. vt homo flet. Secunda affli
ctio dicit sanguinis desudationis
de qua Augu. dicit. Angustias qui

dem anie ⁊ carnis dñe iesu indicat
ille sudor sanguineus qui oratiõis
tẽpore de sanctissima carne tua gu/
tatim decurrebat in terrã. vnde ani
me tue tam vehemens timor. vnde
tanti sudoris anxietas. et tã anxia
supplicatio. non e voluntariũ patri
tuo sacrificiũ obtulisti. sed pp̄terea
vt maioris erga te amoris stimulos
haberemus cõgratudinis natura/
lis. carnis infirmitatem eiusmodi
indiciys in te experisti: quibus vere
docemur. qua vere languores no/
stros et nõ absq; sensu doloris passio
nis percurristi. vox eni illa vox car
nis fuisse prohibet nõ spũs pro eo
quod subiunxisti. Spiritus quidez
promptus est caro aũt infirma. hec
ille. de qua etiã pp̄ha dauid i psal.
cxlij. dicit. Anxiatus est in me spiri
tus meus. Tertia afflictio dicitur
patientissime supportationis. Nã
post apparitionẽ angeli confortan
tis ex parte eterni patris humani/
tatem eius: cui ipse dixit parata est
humanitas hec sustinere oĩa ſm
voluntatẽ eterni patris. His para
ctis venit ad discipulos: et quibus
pauloante dixerat vt dormirẽt nũc
dicit. Sufficit. quid dormitis? nõne
videtis quõ iudas nõ dormit: sed fe
stinat me tradere iudeis. Surgite
eamus. Adhuc eo loquente. Ecce
iudas vnus de duodecim: et cũ eo
turba magna cũ gladiys er fustibus
Qui autẽ tradidit eum dedit eis si/
num dicens. Quẽcunq; osculatus
fuero ipse est tenete eum: et ducite
caute. Et ne appareret de cõsortio
eorũ preueniendo dixit. Aue rabi.
Et osculatus est est est eũ vt moris
erat. Ipse aũt signũ proditionis pa

tientissime sustinens dixit. Amice ad quid venisti? osculo filium hois tradis. de quo ait pha dauid i psa. xl. dicēs: Qui edebat panes meos ampliauit sup me supplantationez Quarta afflictio dicitur vigorosissi me progressionis. Nam sciens ie/ sus omnia que ventura erant super eum processit ⁊ dixit turbe. Quem queritis? Respondit ei Jesuz naza renum. Et stabat iudas cum eis. vt ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum ⁊ ceciderunt in terrā. vbi Augu. Quid iudicaturus faciet. si iudicandus hoc fecit. Quid regna turus poterit. q moriturus hoc po/ tuit. Et iterum interrogati simili modo. Respondit similiter. vbi Au gustin. dicit. Hoc aūt fecit xp̄us vt ostenderet quod sponte moriebat. de quo est ppha deutro. xxiij. vbi dicitur videte quod ego sim solus ⁊ nō est alius deus preter me Quinta afflictio dr̄ liberalis oblationis qr dixit iesus turbis. Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queritis sinite hos abire. vn̄ aug. sup ca. xviij. ioh. cui⁹ sūt que dixim⁹. Voluit vt cape retur temporaliter ne perirent eter naliter. de hoc pphia esa. liij. Ob/ latus est quia ipse voluit. Sexta af flictio dr̄ diligentissime correctiōis nam vt illi de turba iniecerunt ma/ nus in eum. Symon eduxit gladiū et percussit seruū pontificis et am/ putauit illi auriculā dextram. erat aūt nomē seruo malchus. Corre/ xit ergo dn̄s petrū nō expectantem responsum cū dixit. Dn̄e si percuti mus in gladio. dicens. Mitte gla/ dium in vaginaz. Omnes eni qui acceperint gladiū gladio peribunt

Calicem quā dedit mihi pater nō vis vt bibam illū. de quo ē pphia in psal. cxv. que dicit. Calicē salutaris accipiā. Et addit. An putas q̄ non possiz rogare patrē et exhibebit mi hi modo plusq̄ȝ duodecim legiōes angelorū. Quō ergo implebuntur scripture. vbi Criso. Unus angelus iterfecit. lxxxv. milia armatos: qd facerent. xij. legiōes angelorū. qua si dicat: nō oportet q̄ tu iuues me. Septima afflictio dr̄ ingratissime derelictiōis. quia iesus dicēs: Suffi cit vsq̄ȝ huc. tetigit auriculam et sa nauit eū. Cohors ergo et tribun⁹ ⁊ ministri iudeorū cōprehēderūt ie suz. Tūc discipli relicto eo fugierūt de hoc est ppha que in psal. cxlj. di cit. Cōsiderabā ad dextrā ⁊ videbā et nō erat q cognosceret me. Octa ua afflictio dr̄ crudelissime ligatio nis: Nā eo cōprehēso ligauerūt eū Et ipse dixit turbis. Tanq̄ȝ ad latro neȝ existis cū gladijs et fustibus cō prehendere me. vbi bern. O pie ie/ su: o benigne iesu: o misericors: o cu rialis: o large. vibi sunt misericordie tue? nullus est qui tibi misereat. vbi sunt infirmi quos curasti? nullus te associat. vbi sunt hoies et mulieres quos de quinq̄ȝ panibus saciasti? nō est qui te cognoscat. vbi sunt be neficia que aplis cōtulisti. certe ec/ ce iā oēs te dereliq̄rūt. p dolore sal tē matrē tuā sociare deberēt. hec il le. Johes etiā adolescēs relicta sin done. vȝ panno lineo profugit ex ti more. Et ipleta ē pphia iob. xix. q̄ dicit. Noti mei quasi alieni recesse rūt a me. Nona afflictio dr̄ nephā dissime percussionis: nā sic crudelis sime ligatū duxerūt eū ad annā pō

tificem qui erat socer chaiffe. Et in
terrogauit eum predictus pontifex
de discipulis et doctrina eius. Cui
respondit. Ego palã semp docui in
sinagoga et in templo quo oẽs iu/
dei cõueniunt: et in oculto locutus
sum nihil. quid me interrogas? In
terroga eos qui me audierunt: ipsi
eni sciunt quid dixerim ego. Hoc
autẽ cum dixisset vnus assistens mi
strorũ dedit alapã iesu dicens. Sic
respondes pontifici? Quidam autẽ
aiunt hunc fuisse cuius ariculam
sanauerat. vbi Crisogo. O q̃ ne/
phanda percussio quid hac alapa
stultius et indecẽtius. Sed quid fe
cit potens oĩa cõcutere et disperde/
re. alapatus nec lingua voluit pcu/
tere: nec in aliqua maledicere: sed
verba humilia et dulcia respondit
dicens. Si male locutus sum testi/
moniũ phibe de malo si autẽ bene
quid me cedis? vbi augu. Quid ista
responsione verius: quid mãsueti⁹
et iustius. O patiẽtia dñi. o inaudi
ta hũilitas: qua nec se excusauit nec
ipsum dire verberantẽ puniuit. Et
pphia esa. lj. adimplet que dĩc. Fa
ciem meam nõ auerri ab increpan
tibus. Decima afflictio dĩ negati
onis impijssime: nam annas ponti
fex misit eum sic ligatũ ad cayphã
qui erit pontifex anni illius vbi scri
be et pharisei ⁊ seniores conuene/
rant: sequebat aũt iesum symon pe
trus et alius discipulus. vz ioh. qui
introiuit quia erat notus pontifici
Et ipse post introduxit petrum qui
stabat foris. Dicit ergo petro ancil
la hostiara. Nunquid et tu ex disci
pulis es hoĩs istius. Dicit ergo ille
nõ sum. Et exijt foras ante atrium
et gallus cantauit: sed petrus eũ nõ
audiuit. Et alia ancilla Ɨm aug. pe
tro existente ante ianuam dixit his
ministris qui ad prunas stabãt: qꝛ
frigus erat et faciebãt se. hic ex illis
est. Quo audito: petrus regressus
est ad ignem: non sum Et interual
lo facto quasi hore vnius. alius qui
dam. s. cognatus eius cuius absci/
dit petrus auriculã dixit: nonne te
vidi in horto cũ illo. Nã ⁊ galileus
es quia loquela tua te manifestum
te facit. Tũc petrus cepit detestari
et iurare quia nõ nouisset hominẽ
Et continuo gallus cantauit. Et
conuersus dominus respexit petrũ
ad literã oculo corporali. vel Ɨm au
gu. oculo pietatis. Et recordatus
est petrus verbi iesu quod dixerat:
priu q̃ gallus cantet ter me nega/
bis: et egresus foras fleuit amare.
Et impleta est pphe. daui. in psal.
lviij. que dĩc. Extraneus factus sũ
fratribus meis Undecima afflictio
dicit falsissime testificationis Nã
princeps sacerdotũ et omne cõsiliũ
querebant falsum testimoniũ con/
tra iesum vt eũ morti traderẽt. Et nõ
inuenerunt: cum multi falsi testes
accessissent. Nouissime ꝟo venerũt
duo falsi testes ⁊ dixerũt. Hic dixit
possum destruere templũ dei ⁊ post
triduũ reedificare illud. Et nõ erat
conueniens testimoniũ illorũ: vz
ad damnationẽ suã. Tũc adimple
ta est pphe. dauid in psal. xxvj. q̃ di
cit. Insurrexerũt in me testes iniq
Duodecima afflictio dicit opbro/
briose cõsputationis: quia princeps
sacerdotũ surgens dixit illi. adiuro
te per deum viuũ vt dicas nobis si
tu es xp̃s filius dei viui. Qui respõ

dit. Tu dixisti. verũtamen dico vobis: amodo videbitis filiũ hois sedentẽ a dextris virtutis dei: et venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicẽs. Blasphemauit: quid ad huc egemus testibus. ecce nũc audistis blasphemiã: quid vobis videtur? At illi oẽs cõdemnauerũt eum esse reũ mortis. Tunc expuerunt in faciem eius et velauerũt eam: non audentes percutere ꝑ pulchritudine. vbi bern. ait. Vultũ tuũ dñe bone iesu in quẽ desiderãt angeli prospicere: sputis inquinauerũt manib⁹ pcusserũt velo operuerũt: nec amaris vulnerib⁹ pepcerũt. Et impleta est tota pphia. esa. lj. Corp⁹ dedi ꝑcutientib⁹: ⁊ genas meas vellẽtib⁹ Faciẽ meã nõ auerti. et reliqua. Et tunc credit ꝙ beatus ioannes iuit advocandũ matrem eius. Tredecima afflictio dr desperatissime contractionis. Nam mane facto inito consilio: tradiderũt eum pontio pilato presidi. qõ videns iudas retulit triginta argentheos principibus sacerdotum dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt Quid ad nos. tu videris. vz opus tuum. et acceptis argentheis dixerunt. Nõ licet eos mittere in corbinam. vltima est acuta. vz in gazophilatiũ. Et consilio inito emerũt agrũ figuli ex illis i sepulturã pegrinoruz. Et impleta est pphe. zacha. xj. Acceperũt triginta argentheos pretiũ apreciati: et dederũt eos in agrum figuli. vbi leo papa clamat. Sceleratior oibus o iuda ⁊ infelicior tu fuisti quem penitẽtia nõ duxit ad dñm: sed desperatio traxit ad laqueum. j. q. j. §. Ex illa. et. §. Cũ ergo. xxiij. q. v. Si nõ licet. ⁊ cap. Tu dixisti. de peni. di. iij. ca. Inter hec et cap. Judas. et ca. Nihil. et ca. Sceleratior. Decimaquarta afflictio dicit vilissime illusionis: nam iesus ductus est añ presidẽ ⁊ ipi iudei nõ introierũt ꝑpter pasca: sed accusabant eum instanter qui nihil respõdit. Tũc dicit illi pilatus Nõ audis quanta aduersum te dicũt testimonia Cui nihil respõdit. Exiuit ergo pilatus foras et dixit. Quã accusationẽ affertis aduersus hoiem hũc Qui dixerũt Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostrã: et ꝓhibentem tributa dari cesari: et dicentez se xp̃m regẽ esse. Dixit eis pilatus Accipite eum vos et ſm legẽ vestrã iudicate eum. Qui dixerunt: nobis nõ licet iterficere quẽq̃. Introiuit ergo iterũ pilatus in pretoriũ: et interrogauit iesum dicens. Tu es rex iudeorũ. Respondit iesus. A temet ipo hoc dicis: an alij tibi dixerũt de me? Respondit pilatus. Nunquid ego iudeus sum? gens tuus ⁊ pontifici tui tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respõdit iesus. Regnũ meũ non est de hoc mundo. et reliq. Respondit pilatus. ergo rex es tu? Respondit iesus. tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus ⁊ ad hoc veni in mundum vt testimoniũ perhibeam veritati. Omnis eni qui est ex veritate audit vocẽ meã. Dicit ei pilatus. Quid est veritas? Et tũc subito venit in mentẽ pilati ꝯsuetudo iudeorũ. et ideo nõ expectãs responsũ exiuit ad iudeos dicẽs Ego nullã inuenio causam in hoc hoie. Qui dixerũt. Cõmouit ppl̃m docẽs

per vniuersam iudeã incipiẽs a ga-
lilea vsqꝫ huc. Pilatus aũt audiẽs
galileã interrogauit si hõ galileus
esset. vt autẽ cognouit quod de he
rodis potestate esset: remisit eũ ad
herodẽ: quia ⁊ ipse ierosolimis erat
his diebus. Herodes vero viso iesu
gauisus est valde. erat aũt cupiens
multo tpe videre eũ: eo ꝙ audierat
multa de illo et spabat ab eo signa
videri fieri. Interrogabat aũt illuꝫ
multis sermonibus. at ille nihil re
spondit. Rationẽ assignant docto
res: quia curiose petebat. Stabant
aũt principes sacerdotũ ⁊ scribe cõ
stanter accusanteꝫ eum. videns aũt
herodes ꝙ sibi nihil respondebat:
credens ipsum esse fatuum spreuit
et induit illum veste alba et remisit
eum ad pilatũ. Et facti sunt amici
herodes ⁊ pilatus ex ipsa die: nam
antea inimici erant adinuicem. Et
impleta est ꝓphe. daui. psal. ij. que
dicit. Astiterũt reges terre ⁊ princi
pes cõuenerunt in vnuꝫ ad versus
dñm. xxiij. q. iiij. Nõ inuenit. Et c.
Si ecclia. Decimaquinta afflictio
dicit iniquissime vociferatiõis. nã
pilatus videns ꝙ herodes iesum re
misit ad eum contristatus est valde
Et exiens ad iudeos dixit. Obtuli
stis mihi hũc hoiem quasi auerten
tem pplm. Et ecce ego corã vobis
interrogans nullã causam inuenio
in hoie isto ex his in quibus eũ ac
cusatis. sed neqꝫ herodes: nã remi-
sit illũ ad nos. Et ecce nihil dignũ
morte actũ est ei. Emendatuꝫ ergo
eum dimittã. vbi beda. Flagellis il
lum et ludibrijs quantũ iubetis af-
ficiã: dũmodo innoxiũ sanguinem
nõ sinatis effundere. Respõderũt

iubei. Si hunc dimittis nõ es ami-
cus cesaris. Omnis eni qui se regẽ
facit cõtradicit cesari. Dixit eis pi-
latus. Est autẽ vobis cõsuetudo: vt
vnũ dimittã vobis in pasca. vultis
ergo dimittã vobis regẽ iudeorum
Sciebat eni ꝙ per inuidiam tradi-
dissent eum. Principes autẽ sacer-
dotum et seniores suaserunt pplo
vt peterent barabã: iesum vero perde
rent. Erat aũt barabas latro qui ꝓ
pter seditionẽ et homicidiũ missus
fuerat in carcerẽ. Exclamauit autẽ
vniuersa turba dicens: tolle hunc ⁊
dimitte nobis barabaꝫ. Dicit illis
pilatus. Quid igit faciã de iesu qui
dicit xpus? Dicunt oẽs: crucifigat
Ubi anselmus. O inrectũ cambiũ
o iniquũ iudiciũ: dñs despicitur: et
seruus postulat. iustus punit ⁊ pec
cator liberat. agnus occidit et lupus
acceptat. vita deserit ⁊ mors serua
tur. Et adimpleta est ꝓphe. dauid.
psal. xij. dicẽtis. Ego aũt sum vermis
⁊ nõ homo: obprobriũ hoim ⁊ abie
ctio plebis. Decimasexta afflictio
dr seuissime flagellatõis. Nã pilatus
vidẽs voces eoꝝ inualescere flagel
lauit euꝫ: tũ q: crucigẽdus prius fla
gellabat: tum q: credidit sic pplo sa
tis facere ⁊ eũ liberare. Et adimple
ta est prophia dauid. psal. lxxij. Fui
flagellatus tota die. Decimasepti
ma afflictio dr despectissime: ostẽsi
onis nã iterũ exiuit pilatus et dixit
eis. Ecce adduco eũ vobis foras:
vt cognoscatis q: nullã in eo inue-
nio causam. Exiuit ergo iesus por-
tans spineã coronã et purpureũ ve
stimentũ. Et dixit eis pilatus. Ecce
homo. Qui clamauerũt. Crucifige
crucifige euꝫ. Dixit eis pilatus: Ac

cipite eū vos ꝛ crucifigite. ego eni nū
inuēio i eo causā Qui dixerūt. nos
legem habemus et ſm legē debet
mori: q2 filiū dī se fecit Cū ergo au
disset pilatus hos sermones magis
timuit. Et ingressus pretoriū dixit
ad iesum: vnde es tu. Jesus autē re
suz nō dedit ei. Dicit ergo ei pilat⁹
mihi nō loqueris. nescis quia pote
statem habeo crucifigere te et pote
statē dimittere te. Respondit iesus
Nō haberes ptātē aduersuz me vl/
lam: nisi tibi datū esset desup. ꝓpte/
rea qui me tradidit tibi maius pec/
catum habet. quia ille ex auaritia ꝛ
inuidia. tu vero ex timore peccas.
Et impleta ē ꝓphia dauid in psal.
xxxij. dicentis. Humiliatus sum ni
mis. Decima octaua afflictio dī
iniustissime sententie ꝓmulgatōis
quia pilatus duxit iesum foras in
loco qui dicit licostratus. hebraice
aūt golgota. Et dixit iudeis. Ecce
rex vr̄. Illi aūt dixerūt. tolle tolle cru
cifige eum. Respondit pilat⁹. Re/
gem vestrū crucifigā. Respōderūt
illi dicentes. Nō habemus regē ni
si cesarez. Pilatus aūt volens pp̄lo
satis facere dimisit illis barrabam
quez petebāt. iesum xp̄o flagellatū
tradidit voluntati eorū vt crucifige
retur Sedente aūt pro tribunali mi
sit ad eum vxor sua dicēs. Nihil ti/
bi et iusto illi: multa enim passa suz
hodie per visum propter illū. Tunc
pilatus accepta aq̄ lauit man⁹ suas
dicēs. Innocēs ego sum a sangui/
ne iusti huius. vos videritis. Et rñ
dēs vniuersus pp̄ls dixit. sanguis
ei⁹ sup nos ꝛ sup filios nr̄os. vbi de
uotus doctor dic. O dati i reprobū
sensum ꝛ obstinate malicie. Crimē

vestrū ad vestros posteros destina
tis. sufficiebat eni vestra punitio: sz
ita fiet vt postulastis. Et ipleta est
ꝓphie. danie. ca. xiij. dicētis. Ecce
morior cū nihil horū fecerim: que
isti malitiose cōposuerūt aduersum
me. Decimanona afflictio dī vitu
peratissime irrisionis. Naz milites
suscipientes iesum in pretorio con/
gregauerūt ad eū vniuersam cohor
tem. et exuentes eum vestimentis
suis clamydē coccineā. vz purpurā
circūdederūt ei. Et plectētes coro/
naz de spinis posuerūt super caput
eius. et arundinē in dextera eius. et
genuflexo añ eum illudebant ei di
centes. Aue rex iudeorū. Et expuē
tes in eum: accipiebāt arundinē et
percutiebant caput eius. et dabant
ei alapas. Et impleta est ꝓphe. da
uid. psal. lxxviij. dicentis. Aduersuz
me loquebāt qui sedebāt in porta
et in me psalebāt qui bibebāt vinū
Vicesima afflictio dī anxie baiula
tionis. Nam postq̄ illuserūt ei: ex/
uerunt eū clamidē coccineā et indue
runt eum vestimentis suis: ꝛ eduxe
rūt vt crucifigerent eū. Hic aug. in
persona dei dicit. Dum filius me⁹
iesus pilato imperante. p̄cone cla/
mante: pp̄lo iꝑperante: baiulās si
bi crucē ad suppliciū traheret fact⁹
concursus pp̄lor post eum. Alij eū
tes illudebāt ei. Alij proijciētes lutū
ꝛ immūditias sup caput et faciē ei⁹
Sequebat mestissima mater cū ma
ria magdalena: que me excepto: su
per omnes dolebat: ꝛ alie mulieres
plangētes: a quibus velut mortua
sustentabatur. hec ille. Et iesus vi/
dens matrem et alias sic dolentes
pre dolore amplius crucem portare

non potuit:sed in terrã cecidit: quẽ
vi leuantes de terra apprehẽderunt
symonẽ quendã cyrenensem veni/
entem de villa. patrẽ alexandri ⁊ ru
phi ⁊ augariauerũt eũ et imposue/
runt illi crucem portare post iesum
At mulieres erigentes virginẽ que
pre dolore ceciderat plãgebãt post
eum. Et iesus ꝯuersus ad illas dixit
Filie hierl'm nolite flere sup me:sed
sup vosipsas flete et sup filios vros
Et impleta est ꝓphia iere. xj. Ego
quasi agnus mansuetus qui porta/
tur ad victimã. Uicesimaprima af
flictio dicit durissime crucifixionis
Nam ducebant alij duo nequã cũ
eo vt interficerentur. Et postq̃ ve/
nerunt in locũ qui dicit caluarie ibi
crucifixerunt eum:⁊ latrones vnũ a
dextris:⁊ aliũ a sinistris:vt implere
tur scriptura que dicit. Et cum ini/
quis deputatus est. Et alia prophia
dauid psal. xxij. que dicit Foderũt
manꝰ meas et pedes meos ⁊ dinu/
merauerunt oĩa ossa mea. Uicesi/
masecũda afflictio dicit dulcissime
allocutionis. Naz pendẽs in cruce
dñs septem dulcissima verba dixit
Primũ verbũ fuit pietatis dicens
Pater ignosce illis q: nesciũt quid
faciunt. Ubi isidorus dicit Disce
xp̃iane a xp̃o tollerãtiã q: palmis ẽ
pcussus: flagellis cesus:sputis illu
sus:clauis affixus: spinis coronatꝰ
morte dampnatus:oium tñ imme/
mor dicit:pater ignosce Secundũ
verbũ fuit largitatis: q: latroni sibi
dicenti:memento mei dñe dũ vene
ris in regnũ tuuz:respondit. hodie
mecũ eris in paradiso. Tertiũ ver
bum fuit transformãtis benignita/
tis:q: dixit matri ploranti. Mulier
ecce filius tuꝰ: dinde dixit discip'lo
ecce mater tua. Quartũ verbũ fuit
petentis dicens: helyas. ⁊c. hoc est
deus meus deus meus:vtquid dere
liquisti me. q: potentia diuĩe natu/
re permisit pati humanam naturã.
Quintũ verbũ fuit anxietatis di/
cens: sitio. vbi Bernar. O bone et
dulcissime iesu tot fuisti cruciatus
doloribus:⁊ nullatenus es conque
stus ⁊ modo de siti incipis cõqueri.
Reuera bone iesu si sitis non sitis
aqueũ liquorẽ:sed fidẽ et salutẽ mi/
serabiliũ peccatorũ pro quorũ salu
te sic aspere cruciaris. Sextum ver
bum fuit ꝯsummabilitatis. Nã cuz
dedissent sibi bibere mirratũ vinuz
cũ felle mixtuz iuxta illud psal. De/
derunt in escã meã fel:et in siti mea
potauerũt me aceto: dixit: consum/
matum. i. mysteriũ pro quo carnẽ as
sumpsi. Septimũ verbuz fuit recõ/
mendabilitatis. Nã clamans voce
magna: dixit Pater in manus tuas
cõmendo spm̃ meum. vbi Bernar.
Ascendit in altũ vt longuis audire/
tur. fortiter clamauit:vt nullus excu
saretur. clamori lachrymas addidit
vt homo cõpateret. hec fuit illa do/
loris vox pro qua tota mundialis
machina visa est pariter doluisse.
Terra tremoribus quatit. aperiunt
sepulchra. velũ templi scinditur:et
celum in suis luminaribus obscurat
solus homo non cõpatitur pro quo
xp̃s occiditur. hec ille. sequitur. Et
hec dicens expirauit. ⁊ velũ templi
scissum est ⁊ reliqua. Sed iudei q̃m
parasceue erat ne remanerẽt in cru
ce corpa sabbato: rogauerũt pilatũ
vt frangerentur eorũ crura ⁊ tollerẽ
tur: venerũt ergo milites ⁊ fregerũt

crura eorū qui crucifixi erant cum
iesu: sꝫ cū venissent ad iesum q erat
mortuus. afflicta mater armis hu//
militatis pugnans rogauit pro eo
vnus aūt militū longinus noie qui
postea effectus est martyr lancea la
tus eiꝰ aperuit.tūc milites iplentes
ꝓphiam dauid.psal.xxj. Diuiserūt
sibi vestimēta sua. Vicesimatertia
afflictio dr̄ pie depositiōis. Quia
cū sero eēt factū qm̄ parasceue erat
quod est ante sabbatū: venit quidā
homo diues ab arymathia ciuitate
iudee qui erat decurio vir bonus et
iustus noie ioseph: hic audacter in/
troiuit ad pilatū ꝛ petijt corpus iesu
Pilatus aūt vt cognouit quia iam
obisset donauit corpus iesu. venit
aūt et nichodemus qui venerat ad
iesum nocte primū ferens mixturā
mirrhe ꝛ aloes quasi libras centū ꝛ
deposuerunt euꝫ: quē recepit in gre
mio pia mater eius cūctis alijs qui
aderāt auxiliantibus ꝛ fletibus. Et
impleta est ꝓphia Numeri.j. depo
suerūt leuite tabernaculū. Ultima
afflictio dicitur honeste tumulatio/
nis. Nam ꝛ inuoluerūt corpus et li
gauerunt more iudeorū ꝯtradicēte
primo matre: sed demū ad exortati
onem iohānis nouelli filij qꝛ hora
erat tarda multis lachrymis acqui/
escente posuerūt illud in monumē/
to nouo ꝓpe vbi crucifixus erat ie/
sus. quod ipe ioseph exciderat in pe
tra. ꝛ aduoluit saxuꝫ magnū ad ho
stium monumēti. Et factū est vt im
pleretur ꝓphia.esa. xl. q̄ dicit. Erit
sepulchrū eius gl'iosum. vnde dn̄s
deus pater tot afflictiones filij con
siderans ait in scd̄a parte presentis
ep̄le: quid faciā tibi effraim quid fa
ciam tibi iuda. quasi dicat O pp̄le
israel distincte in decem tribus que
intelligunt̄ p effraym et in duas q̄
intelligunt̄ per iudā: quid faciā tibi
quia ego tibi tanta contuli benefi/
cia supple. et tu tot mala fecisti filio
meo. Sed hec in presentiarū suffi/
ciant nunc ad alia transeamus.

¶ Questio tertia de deploratione passionis dn̄i nostri iesu christi.

q Verit̄ a doctoribus. vtrū
beata virgo cū fuerit san/
ctissima ꝛ erat certa quod
filius eius qui erat filius
dei sustinuerit passionem pro salute
humani generis: habuerit dolorem
de morte xp̄i ꝛ fleuerit in tali passio
ne. Et dicunt ipsi doctores ꝙ sic: qꝛ
licet scd̄m rationē ipsa optaret salu
tem humani generis ꝛ ꝯformis fieri
voluntati pr̄is eterni ac etiā ponere
pro hac causa aiam suā. tamē scd̄m
carnem dolorem nimiū passa est de
morte filij sui: et nimiū lachrymata
est ꝛ afflicta. non tn̄ inhoneste sicut
plurime de morte filiorū faciūt ho/
dierno die: sed modeste vt tante vir
gini ꝯueniens erat. Nā siquis huic
sentētie ꝯtradiceret ꝛ euangelio re/
pugnaret. quia Luc.ij. scriptum est
Tuam ipius aiam pertransibit gla
dius. Flebat igit̄ beatissima virgo
vna cū iohanne magdalena ꝛ alijs
mulieribus que secute eū fuerant a
galilea. Et qn̄ ministri diaboli pre/
tereuntes blasphemabāt mouētes
capita sua ꝛ dicebāt vah q destruis
templū dei ꝛ in tribus diebus reedi
ficas: salua temetipm̄ si filius dei es
descende de cruce. Similiter ꝛ prin
cipes sacerdotū illudentes ei cū scri
bis ꝛ senioribus dicebant: alios sal

nos facit seipm nõ potest saluũ facere. Si rex isrl' est descendat de cruce et credimus ei. ipsa ꝓpe crucẽ lamẽtabatur. Centurio et qui cũ eo erãt viso terremotu glorificabãt deũ dicentes: vere filius dei erat iste. Et oĩs turba eorũ qui simul aderãt ad spectaculũ istud ⁊ videbant que fiebant ꝑcutiebãt pectora sua ⁊ reuertebantur. Sola dolorosa mater misericordie añ crucẽ: nunc añ sepulchrũ: nũc per viã ad ciuitatẽ veniẽdo cũ paupcula comitiua filiũ plorabat amarissime vgĩtiquattuor lamentationibus quarum. Prima est iusticie quia sic ṽgo vt pie credi potest lamentabaṫ de sentẽtia circa solitũ ordinẽ iudiciorꝫ a preside prolata auctoritate rei iudicate nõ optinet. ij. q. vj. Itẽ extra de sententia ⁊ re iudicata. Inter ceteras. sed tu fili mi sine debito ordine damnatus es quia contra legẽ. quod exo. xxiij. dicit. Innocentẽ ⁊ iustũ non occidas.

Alia est fortitudinis et patientie. Nam patiẽtia est honestatis causa rerũ arduarũ supportatio: ⁊ in morte tua fili mi: nulla fuit honestas. Tertia est tꝑantie que est firma donatio ꝯtra impetus non rectos. Et iudei fili mi tã impetuose petierunt mortem tuã. Quarta est prudentie cuius est futura ꝓspicere. Et miseri iudei fili mi non ꝓspexerunt vindictam que sequebatur ex morte tua.

Quinta est fidei que hodie ꝑdita est: ego sola fili mi fidem tuã teneo.

Sexta est spei que omniũ discipulorũ hodie periit. Septima est charitatis qua tu fili mi inimicos diligebas: qua etiã ꝑ ipis mori voluisti ⁊ tñ hodie nullus te dilexit. Octaua est amicicie qua de celo descẽdisti ⁊ tñ tui nõ te receperũt sꝫ occiderunt. Nona est diuitiarũ potentie Nam multi ꝓpter diuitias pereũt sed tu fili mi nõ habes vbi caput reclinares. Decima est beneficiorũ abundantie: nã tu fili mi tot eorum infirmos curasti: tot mortuos resuscitasti: tot bñficia eis fecisti: et ipsi retribuebãt mala ꝓ bonis. Undecima est pacis ⁊ ꝯcordie quã posuisti inter patrẽ ⁊ hominẽ: et ipsi facti sunt tibi inimici. Duodecima est doctrine: q: tu fili mi eos docuisti bona: ⁊ ipsi tibi fecerũt mala. Tredecima est regiminis quia tu fili mi tam ꝓuide gubernasti ppl'm iudeorum: ⁊ ipsi tã stulti se fecerunt te occidẽdo de numero reorũ. Decima quarta est discretionis q: tultam discrete eos in deserto cibasti: ⁊ ipe ab eis taꝫ indiscrete in passione acetũ accepisti. Decimaquinta est grãmatice q: tu fili mi es nomen sup oẽ nomen: ⁊ ipsi te occiderũt vt nõ habeant nomen. Decimasexta est rethorice q: hodie obscuratus est color optimus. Decimaseptima est logyce q: ꝓ defensione veritatis tu fili mi mortuus es. Decimaoctaua est geometrie quia figura ꝑfectissima hodie mutata est. Decimanona est arithmetice q: hodie principiũ numeri ꝑditũ est. Uicesima est astrologie q: in tali passione sol obscuratus est. Uicesimapꝛma est musice q: cãtus in luctũ versus est. Uicesimasecunda est pene. q: Ezechi. xviij. dicit Aia que peccauerit ipsa morietur. ⁊ tñ tu fili mi sine pcõ mortuus es. Uicesimatertia est sapientie: quia tã stulte iudei verã sapien-

stiam peremerũt. Ultima est scriptu
re: que danielis. xij. dicit Innocen/
tem ⁊ iustũ non interficies: ⁊ tñ tu fi
li mi innocens vt iã dixi interfectus
es. O fili mi misericordia xp̃a vt dicit
ep̃la hodierna. vꝫ tui p̃ris: et tua fili
mi ⁊ p̃sũsancti quasi nubes matuti
na. Et quasi ros mane ptransiens
fuit in cordibus iudeorũ: q2 sicut nu
bes ⁊ ros adueniẽte sole euanescũt
sic beneficia v̄ra in cordibus iudeo
rum perierũt. vñ sequit̃ tertia pars
propter hoc dolui in ꝓphetis mala
iudeis cominando Et iusticia mea
quasi lux egedieť. vꝫ in tpe suo. q2 s.
non misericordiã volo ⁊ non sacrifi
ciũ: ⁊ scientiã dei. vꝫ legis que prece
pit vt iustus nõ interficiatur: plusq̃
holocausta que faciebãt iudei. O
fili mi bñdicte qs dabit capiti meo
aquã: ⁊ oculis meis fontẽ lachryma
rum ⁊ plorabo dolorẽ tuũ acerbissi
mũ. qui omnes alios dolores decẽ
rationibus superauit. vt in exordio
huius tue descripte passionis osten
sum est ⁊ demonstratũ. Quẽ vigin/
ti quatuor occasionibꝰ fili mi amã
tissime sustinere voluisti: vt in p̃ma
parte fuit exaratũ. O lumẽ oculorũ
meorum. O decus omniũ rerũ. O
splendor oium virtutũ qui pro salu
te omniuꝫ: vigintiquattuor afflicti
ones sup tuũ corpus preciosissimũ
supportasti. vt in scd̃a parte est de/
claratũ. Et a quattuor euangelistis
sed potissimũ a iohãne. xviij. et de/
inceps est descriptum. His viginti
quattuor lamentationibus breuissi
me ꝑ aliorũ norma flagellũ tuũ est
deploratũ. Fac obsecro omnes tuã
passionem deplorantes tuũ habere
consortium. Qui cũ patre ⁊ spiritu
sancto nũc gloriose conregnas et
conregnabis per infinita secula se/
culorum. Amen.

¶ Sabbato sancto expositiõis epi
stole de preparatione sumpturi eu/
charistiam. Sermo. xl.

s

I consurre
xistis cum xp̃o que sur
sũ sunt querite vbi xp̃s
est in dextera dei sedẽs
ad collo. iij. ca. hec verba scribũtur
Pro exordio huiꝰ sermonis: in quo
dicturi sumus de preparatione su/
mende eucharistie. a doctoribus
queritur. Utrũ adsumptionẽ sacra
menti eucharistie preexigit̃ sacra/
mentũ baptismi. Et dicunt q2 sic q2
baptismus est principiũ spiritualis
vite ⁊ ianua sacramentorum. vñ sic
aia vegetatiua que ẽ formale p̃nci/
piũ naturalis vite generabiliũ ⁊ cor
ruptibiliũ nõ administrat alicui rei
viuenti potẽtiã nutritiuã: nisi prius
admistraret potentiã genaratiuã p
quã res viuẽs efficitur ⁊ augmẽta/
tiuam per quã genitũ augmentat̃ ⁊
roboratur. sic quodãmodo a simili
ecclesia nõ decenter administrat̃ sa
cramentũ eucharistie: per quod vi/
uens sp̃ualiter perficitur nisi prius
administrat sacramentũ baptismi
per quod aia efficitur viuens vita
spirituali: ⁊ etiã sacramentũ confir/
matiõis p quod sic sp̃ualiter viuẽs
augetur ⁊ roboratur. Concordat se
Richar. in. iiij. di. viij. ⁊ scũs Tho.
in. iij. parte. q. lxxij. ar. iij. Ueruntñ
vt tactũ fuit quinta feria in prima
parte sermonis nõ omni baptizato
tradẽda est eucharistia nisi habeat

pditiones que in illo sermōe descri pte breuiter fuerunt. Nec obstat qd dionisius dicit de angl. Jerar. c.ij. vz baptizatis esse cōmunionē dandam. qr loquitur dionisius ibi de baptismo adultorū. Nec pueri baptizati sine cōmunione aliquod detrimentū vite spiritualis patiunt propter illud qd Joh.vj. dicit Nisi manducaueritis carnē filij hominis z biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis. Quia augu. scribit bonifacio dicens. Tūc vnusquisqz fideliū corporis z sanguinis dñi particeps fit. s. spiritualiter: qñ in baptismate membrum xpi efficitur. Propter ergo hec dicta ait apls in principio huius eple. Si consurrexistis cum xpo. i. ad similitudinē xpi qui surrexit a morte vere: ad vitā glorie z vos per sacramentum baptismi a morte culpe: que sursum sunt querite p preparationē eucharistie ad vitam gratie. In qua quidē eplā more solito tres vtiles querunt questiones. Prima est de sctitatis fundamento. vz que requirit ad sumptionem huius sacramēti. in principio. Alia est de sanctitatis argumento ibi. Que sursum sunt querite. Tertia est de sanctitatis complemento ibi. Cum autē christus apparuerit.

¶ Questio prima de fundamento sanctitatis que requiritur ad sumptionē sacramenti eucharistie.

Q Uerit a doctoribus que sanctitas requiratur ad sumptionē sacramenti eucharistie vel sctissime cōmunionis. Et dicunt quod resurrectio xpi fuit imago z plena certitudo nostre resurrectionis nō solum quantū ad corpa: sz etiā quantū ad spūs. vñ de pmo paulus .j. ad corin. xv. dicit. Si xps resurrexit z mortui resurgent. z infra. xpus resurrexit a mortuis primitie dormientiū. Hinc apoc. j. christus dicit pmogenitus mortuorz. De scdo aūt dicit paulus ad Roma. iij. Traditus est propter delicta. glo. supple auferenda. et resurrexit ppter iustificationes. glo. suple exemplādas. Et ideo sumpturus cōmunionem ad exemplū xpi a multis debet resurgere. Primo qr christus surrexit a sepulchro: z sumpturus cōmunionē debet resurgere a peccato. xps aūt sepulchro clauso manente: z sumpturus cōmunionē pctm̄ penitentia terminante. iuxta illud Ambro. penitētia est cōmissa mala plangere z plangēda iterū nō comittere. de peni. di. iij. circa principiū. Secundo xps surrexit ab inferno: z sumpturus cōmunionē debet resurgere ab ignis luxurie baratro: in cuius mysteriū. exo. xij. dicit Renes vr̄os accingetis. Et luc. xij Sint lūbi vr̄i pcinti. vbi Gre. lūbos tūc pcingimus cū carnis luxuriā p ꝯtinentiā coartamus Tertio christus surrexit a ligamento. et sumpturus cōmunionē a restitutionis vinculo. Nam extra de re. iu. c. peccatū li. vj. dicitur. Nō dimittit pcm̄ nisi restituatur ablatum. Quarto xps resurrexit a sudario. et sumpturus cōmunionē ab odio. Hinc exo. xij. manducaturi agnū debebāt habere calciamēta in pedibus. Quid per calciamēta in pedibus nisi charitas in nr̄is affectibus designatur qua etiā inimicos diligere debem⁹

iuxta illud math. v. Diligite inimi/
cos vestros. de pe. di. iij. §. illud. Et
hoc voluit dicere paulus in prima
parte presentis epistole. si pro quia
consurrexistis cum christo. his. vz
quattuor modis qui dicti sunt. sed
ad alia dicenda transeamus.

¶ Questio scđa de argumento san
ctiatis quo cognoscit qui digne su
scipit sanctissimā cōmunionē.

q Uerit a doctoribus que
sunt signa euidentia ⁊ ar
gumēta certissima digne
cōmunionis. Et dicunt
scđm sententiā pauli in hac secūda
parte presentis eple ꝙ sūt quattuor
Primū quorum dicit operationis
Nam vt dicit idē btūs aplus. j. ad
corin. xiij. Charitas non est ociosa
Charitas nūquā excidit. de pe. di.
ij. Charitas. ⁊ grego. ait. Charitas
operatur magna si est. vnde in hac
scđa parte eple aplus dicit Que sur
sum sunt querite: vbi xp̄us est in de
xtera dei sedens. vz bona potiora
singulariter possidēs. Aliud signū
dicitur deuotionis in audiendo lo
quendo ⁊ gustādo de deo: qm̄ ioh.
viij. scriptum est. Qui est deo verba
dei audit. ⁊ math. xij. Bonꝰ homo
de bono thesauro cordis sui profert
bona. Et dauid in psal. dicit Gusta
te ⁊ videte qm̄ suauis est dn̄s. vnde
paulus infert Que sursum sunt sapi
te: non que super terrā. Tertium si
gnū dicitur dilectionis. vn̄ math.
xxij. magister in lege petijt a iesu.
Quod est magnū mandatū in lege
Et dn̄s ad eum. In lege quid legis.
At ille. diliges dn̄m deum tuū ex to
to corde tuo ⁊ reliqua. Aliud est si/
mile huic. Diliges proximū tuū si/
cut teipsum. In his ergo duobus
mandatis tota lex pendet ⁊ prophe
Et hec quidē dilectio cum peccato
mortali stare non potest. vn̄ paulus
dicit. mortui eni estis. s. pctō si suple
consurrexistis cū xp̄o. q: ad Gala.
vj. dicitur. Qui xp̄i sunt carnē suam
crucifixerunt cū vitijs ⁊ cōcupiscen
tijs. Ergo si cōsurrexistis nō solum
estis mortui per crucifixionē: veruz
etiā in vitijs per dilectionē que est
vita aie. Et ideo vita nostra abscō/
dita est cū xp̄o. Quia xp̄s est causa
effectiua ⁊ obiectiua: vitā gl'iosam
nostram terminās que nunc iuxta
esa. xlj. dicitur abscondita. Et qm̄
xp̄us non inquantū homo est ob/
iectum principale beatificuz: sed in
quantū deus. iccirco aplus addidit
In deo. Quartū ⁊ vltimū signum
dicit detestationis. vz peccati quia
in deo pctm̄ esse non potest. Et qui
vult digne cōmunicare non debet
habere pctm̄ in ꝓposito. ideo apls
etiā dicit. In deo. Nā sicut beati pec/
care nō possunt. Ita ⁊ cōmunicatu
ri quantum ad eorum voluntatem
firmū propositum amplius nō pec/
candi habere debent.

¶ Questio tertia de sanctitatis cō/
cōplemēto. vz qui sunt fructꝰ huius
sancte cōmunionis

q Ueritur a doctoribus de
sanctitatis complemento
huius sancte cōmunionis
vz qui sunt fructus eiꝰ co/
grue et quantū fieri potest digne re
ceptionis. Et quāuis doctor Rich.
in. iiij. di. ix. arti. j. q. ij. dicat ꝙ sunt
xij. q sunt. xij. fructꝰ ligni vite apoc.

vltimo.tñ nos volentes sequi textū
ep̄le cuius explanationē facimus.
de illis duodecim.alias tractando
in penitētiarū de quatuor dicemus
qm̄ sic xp̄s resurrexit ab obscurita/
te ad claritatē: a ponderositate ad
agilitatē:a mortalitate ad impassi/
bilitatē . ita ad instar ꝑdicatoꝝ:di
gne quātū in se est cōmunionē acci
piētes quatuor fructus cōsequitur.
Primus quorū dicit̄ cōuersatiōis
claritatis qm̄ qui ante comunionē
inhoneste cōuersabat̄ in ppl'o post
comunionē honeste quantum fieri
potest cōuersari debet corā hoibus
et deo attendēs qđ math.v.scriptū
est.luceat lux vestra corā hoibus vt
videant opera v̄ra bona et glorifi/
cent patrē vestrū qui in celis est . ex
qua clara cōuersatione post resurre
ctionem dotē claritatis habebit:de
qua math.iiij.d̄r.Fulgebunt iusti si
cut sol in regno patris eorū. Alius
fructus dicit̄ cognitionis subtilita/
tis:nā qui retroacto t̄pe sic viuebat
vt paulus.j.ad corith.ij.dicit.Ani/
malis homo nō percipit ea que dei
sunt:comunione sumpta illuminā/
tur adeo virtute comunionis ipsi/
us ꝙ cognoscere incipit Fallacias
mundi:inquinamenta carnis:⁊ ser
pentis astutiā: et ampilius ruere et
decipi nō timet:sed cū propheta dicit
Dn̄s illuminatio mea:⁊ salus mea
quem timebo.Ex qua salutifera co
gnitiōe post resurrectionē habebit
dotem subtilitatis ꝑ actiue virtutis
magnitudinē adeo ꝙ multū effica/
tius igne vel aere poterit penetra/
re sicut dicit anselmus.in li.de simili
tudinibus. Tertius d̄r executiōis
agilitatis.Nā ex virtute comuniōis
homo promptus efficit̄ ad bonum
et qui ante ad bene operandū diffi
cilē habebat aditū post eum bona
voluntas nō ducit in vitā. quia cuꝫ
propheta.dicit.dn̄s ꝓtector vite mee
apud quo trepidabo. Nā ex virtute co/
muniōis ita efficit̄ agilis vt post re
surrectionē: ſm aug.de ciui.dei li.
xxij.c.iij.vbi volet sp̄us:ibi erit pro/
tinus et corpus. Quartus ⁊ vltimus
fructus d̄r corruptionis impassibi/
litatis.quia vt paulus ait ad gal.v.
Caro cōcupiscit ad versus sp̄m: sed
virtute comuniōis digne suscepte
refrenat̄ luxus carnis et ita spiritus
efficit̄ serua:vt ipse deus illud gen̄.
xvj.sp̄ui dicat.Ecce āncilla in manu
tua est : vtere ea vt libet.ex cuius ser
uitute homo post resurrectionē ha
bebit dotē impassibilitatis . Unde
aug.ad dioscoꝝ dicit. Tam poten/
ter fecit deus aīam vt ex eius plena
felicitate redundet in corpus sani/
tas perpetua.Et hoc est ꝙ paulus
ait.j.ad corinth.xv . Opportet eni
corruptibile hoc induere incorru/
ptionem ⁊ mortale hoc induere im
mortalitatē. Sed quādo? audiamus
ipsum in tertia parte p̄ntis ep̄le di/
centē.Cum eni xp̄us apparuerit vi
ta v̄ra.vꝫ in iudicio tūc et vos cum
ipso apparebitis: suple sic beati vir
tute comunionis in gloria. O igi/
tur sanctissimū corpus domini quod
maria magdalena et altera maria
cupiebant in sepulchro inuenire vt
dicit euangelium hodiernū math.
xxviij.de scriptum.quod baptizatis
tantum est dandum. O sacramen/
tum mirabile : quod sine peccato
mortali sine igne luxurie:sine odio
sine obligatione restitutionis rerū

vel noiſ eſt ſumendum. O viaticũ ſecuriſſimum cuius ſumptio digna cognoſcitur ſigno operationis ſigno deuotionis: ſigno dilectionis et ſigno deteſtationis. Beati qui te digne ſuſcipiũt: beati qui te q̃ztũ poſſunt diligunt: beati qui tibi obediũt et ſeruiũt: q: tibi ſ̄uire regnare eſt. fac tibi deuotis et humiliter et deuote te ſumentibus gratiaꝫ in te perſeuerandi et tandẽ maieſtate tua fruẽdi. Qui viuis et regnas in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Feria ſecũda paſce expoſitionis epiſtole de meſſia in lege pꝛomiſſo Sermo quadrageſimus pꝛimus.

ſ

Tãs petrus in medio plebis dixit. viri frẽs vos ſcitis q̃d factum eſt verbum per vniuerſam iudeã. Math. x. ca. hec verba ſcribuntur. Pꝛo exoꝛdi o huius ſermonis in quo dicturi ſum⁹ de meſſia in lege et ꝓphis ꝓmiſſo diligenter queritur a doctoꝛibus. Utrũ per diuinas ſcripturas poſſit pꝛobari myſterium xp̃i in lege ⁊ pꝛophetis pꝛomiſſi iam eſſe cõpletum Cum ipſe xp̃s Joh. v. dicat. Scrutamini ſcripturas quia vos putatis in ipſis vitam eternam habere. et ille ſunt qui teſtimoniũ perhibent de me. Ad quod dicunt ꝙ efficati pꝛobatione que non poteſt euitari ſine euidenti cõditione ſaltem pꝛedicte ſcripture pꝛobari nõ poſſunt. quia licet heretici totam ſcripturaꝫ veteris et noui teſtamenti recipiãt tamẽ ſm ſuos erroꝛes eam exponẽtes Aliqui negant trinitatem perſonarum in diuis vt ſabelius. Aliq negant diuinitatem in xp̃o vt arri⁹ Et aliqui veraꝫ humanitatẽ vt manicheus. Sed bene pꝛobari poteſt ſm expoſitionem rationabilioꝛem ipſaruꝫ diuinarũ ſcripturarũ. quia nunq̃ꝫ rationabiliter ſic poterũt exponi: quin ſemper appareat expoſitio fidei catholice rationabilioꝛ. Et ſm hanc expoſitionẽ loqui intẽdimus in pꝛeſenti ſm quã locutus eſt xp̃s. Joan. v. Et apoſtolus petrus apoſtolus in hodierna ep̃la cuius verba pꝛopoſuimus In qua tres vtiles queruntur queſtiones. Pꝛima eſt de meſſie tempoꝛis impletione ⁊ terminatione. in pꝛincipio. Secunda eſt de meſſie perſone cõditione. ibi. Quomodo vnxit eum de⁹ ſpiritu ſancto. Tertia eſt de meſſie teſtimonioꝛuꝫ atteſtatione. ibi. Huic omnes ꝓphe teſtimonium perhibent.

¶ Pꝛima queſtio de meſſie temp̃is impletione et determinatione. vꝫ vtrum poſſit ꝓbari meſſie tempus eſſe pꝛeteritum.

q

Ueriſ a doctoꝛib⁹ vtrum poſſit ꝓbari ſm rationabilioꝛem ſcripturarũ expoſitionẽ tempus meſſie eſſe pꝛeteritũ. Et dicũt ꝙ ſic. Pꝛimo per pꝛophiam Jacob gen. xlix. que dicit. Nõ auferet ſceptrũ de iuda. nec dux de femoꝛe eius donec veniat qui mittẽdus eſt. Et ipſe erit expectatio gentium ſed iudei perdiderunt p̃dicta. igitur. Sed iudei itelligũt hoc de nabuchodonoſoꝛ rege babilonis. qui ex oꝛdinatione diuina miſſus eſt ad deſtruendum

regnũ iudeorũ.iiij.Re.xxiiij. Sꝫ
eorum expositio falsa est.quia post
captiuitatē babilonicā habuerũt
duces et principes.zorobabel.vꝫ
Esdrā Neemiā ⁊ duces machabe-
os quorum ytarchus.filius symo-
nis dyadema regni sibi imposuit.
Aliqui eorum iudeorũ aliter expo-
nunt hoc esse dictum de Roboam
filio salomonis a quo recesserunt
x.tribus ⁊ adheserunt Jeroboaꝫ fi-
lio nabath.vt.iij.Re.xij.scribitur
quod confirmant quia vbi nos ha
bemus.Donec veniat qui mitten-
dus est.ipsi habent:donet veniat
Sylo locus est in quo roboam.x.
tribus amisit.Sed hec rñsio falsa
est.quia locus ille vocatur sichem
vt.iij.Re.xij patet:⁊ est locus a sylo
bene remotus. Secundo hoc pro
bat per auctoritatē agei.j.ca.dicen
tis.veniet desideratus cũctis gen-
tibus.Et sequitur.Magna erit glo
ria domus nouissime magis q̃ꝫ pri
me.Per desideratũ cunctis genti-
bus.ſm omnes messias intelligi-
tur sꝫ gloria domus.vꝫ templi scđo
edificati post captiuitatem maior
esse non potuit nisi propter christũ
quia fuit presentatus.ibi.iuxta di-
ctum mala.ij.s.Statim veniet ad
templum sanctum suũ.Et ibidem
predicauit.Nam aliter status illius
temporis nihil erat respectu tempo
ris salomonis. Tertio hoc proba
tur per scripturam danielis.ix.di-
cētis.Septuaginta habdomades
abreuiate sunt super populũ tuum
⁊ super vrbem sanctā tuam vt cōsu-
metur preuaricatio.⁊ finem accipi
at peccatum ⁊ deleatur iniquitas.
⁊ adducatur iusticia sempiterna.et
impleatur visio ⁊ pphetia ⁊ vngat
sanctus sanctorũ.qui ſm oēs messi-
as designari uidetur.Modo siue
accipiat hebđa.pro septē diebus.si
cut leuiti.xxiij.accipitur numeran-
do.septē hebdomadas a festo pasce
vsqꝫ ad penthecostes.siue pro tpe
septem annorum leuiti.xj.mune-
rando septē hebdomadas annorũ
qui faciunt annos.xlix.⁊.l.est an-
nus iubileus.i.remissionis.Et cer
tum est q̄ omnes doct.istum scđm
modũ accipiunt.tunc septuaginta
hebđe:tinent annos.ccccxcix.qđ
tempus adeo preterijt vt satuitas
sit de hoc tpe disputare. Quarto
hoc pbat per dañ.ij.q.declarauit
visionē nabuchodonosor qui vidit
statuam magnaꝫ cuius caput erat
aureum pectus cum brachis argen
teum.venter ⁊ femora de ere.tibie
cum pedibus de ferro luto mixto:
sed lapis de monte sine manibꝰ ex
cisus statuam percussit in pedibus
ferreis ⁊ fictilibus ⁊ cominuit eam
Per hāc statuaꝫ quatuor regna de
signantur caldeorũ.vꝫ persarum.
Grecorum ⁊ Ramanorum.Lapis
messias est sine manibus.i.sine vi-
rili semine natus de monte.i.opere
diuino qui sibi vt patet regnum ro
manorũ subiecit. Quinto hoc pro
bat per rōneꝫ ex scripturis sumpta
Nā si per pctm̃ ydolatrie ⁊ occisio
ne ppharũ annis tm̃.lxx.captiuati
sunt.quid post mali fecerunt vt ant
M.ccccxcvj.sint sine duce sine sa-
cerdotio sine sacrificio captiuati et
a deo derelicti.Et cum nō inuene-
runt aliud:dicant illud amos pphe
ij.Eo quod vendiderunt iustum
argento.O ceci iudei et perfidi-

hebrei qui tam preclaras prophãis
vel non intelligitis vel nõ intellige
re fingitis Idcirco petrus stans in
medio plebis vt pars pme epke di/
cit: sic locut9 est Uiri fratres vos sci
tis.i.non tm̃ creditis.sed scientiam
largo modo dictam habetis: quod
